n. 13

sec. XVI

Ix

IV.

II III

27

I[v]

II[v]

III Sl

III

CÆ TIS RI

# M. V. C. AL

LIANI

# STATVTO

VOLVMEN.

1v

# Ad Lectorem

Quisquis iura loci reddis, puerisq; virisq;
Proſpicis, istius, conciliumq; uocas.
Hoc manibus gestes, hoc conspice sepe volumen;
Hinc precepta leges, hinc tibi lumen erit.
Sume igitur lector, statutorum parua libelli.
Crimina sic fugies, sic mala nulla tibi.

Cruianus Campanus

4v

# TABULA

Omnium librorum presentiũ Statutorum Communis, et Vniuersitatis Castri Alliani et Primo.


| | |
|---|---|
| Prohemium, et inuocatio primi libri officiorum | Cap. 01. |
| De electione, officio, auctoritate, et ordine Massarioꝝ, et Sindicoꝝ | Cap. 02. |
| De Juramento, officio, et auctoritate Prætorum, siue Potestatum | Cap. 03. |
| De Juramento, electione, officio, et auctoritate Vicarij, seu Judicis, | Cap. 04. |
| et de his, ad quę tenetur dictus Vicarius | Cap. 04. |
| De Deputatione generalis Camerarij, et eius officio, Jurã͠to et Salario | Cap. 05. |
| De electione, officio, et Juram͠to Vialium | Cap. 06. |
| De electione Gualdariorum, et eorum officio, cura, et auctoritate | Cap. 07. |
| De Baiuli electione Juram͠to officio, et auctoritate | Cap. 08. |
| Quod Massarij et Sindici teneantur taxare omnes expensas eorum officij | Cap. 09. |
| De festiuitatibus custodiendis | Cap. 10. |
| De mercede Camerarij pro retentione bestiarum | Cap. 11. |

# TABVLA

## Secundi libri Maleficiorum


De modo, et ordine procedendi in criminalibus — Cap. 01.
De poena maledicentium Deum, uel sanctos eius — Cap. 02.
De poena facientis insultum contra aliquem — Cap. 03.
De poena facientis rixam, per quam turbaret pacificus status Uniuersitatis — Cap. 04.
Quod minores decem annorum non teneant ad banna, nisi ad damna data — Cap. 05.
Quod in ciuilibus, uel criminalibus non possint testificari infrascripti — Cap. 06.
Qualiter poene duplicent in delictis de nocte commissis — Cap. 07.
De poena separantis, uel auferentis aliquid alicui — Cap. 08.
De poena turbantis aliquam possessionē, uel tenutam — Cap. 09.
Quod Potestas, uel Vicarius teneant deducere ad effectum omnes processus — Cap. 10.
De poena facientis compositionem cum Potestate — Cap. 11.
Quod non possit procedi inter coniunctis infra tertium gradum — Cap. 12.
Quod non possit procedi per inquisitionē ab auro infra uigore inobedientiar — Cap. 13.
De poena opponentis se Baiulo, uel non permittentis se pignorari — Cap. 14.
De poena non probantis accusam — Cap. 15.
Quod in maleficijs possit Curia procedere de similibus ad similia — Cap. 16.
De poena ludentis ad ludū taxillorū, siue cartarū — Cap. 17.
De poena committentis fraudē in suo officio — Cap. 18.
Quod poena condemnationū diuidatur inter Potestatē, Vicariū et cōmune — Cap. 19.
De poena improperantis alicui aliquam iniuriā — Cap. 20.
De percutientis, seu occidentis aliquam bestiam — Cap. 21.
De poena forensiū portantiū arma per dicta castra — Cap. 22.
De poena conterrigenar portantiū arma — Cap. 23.
De quarta parte detrahenda confitenti maleficium — Cap. 24.

De medietate detrahenda poenaꝝ propter pacem — Cap. 25.

De quarta parte detrahenda propter solutionem infra tempus — Cap. 26.

Quod liceat à sententia appellari infra decem dies — Cap. 27.

Cap.

# TABVLA

## Tertij libri causarum ciuilium.


De ordine procedendi in ciuilibus causis —— Cap. 01.
Qualiter procedat in confessis, et de executione publicorum Instrumentorum —— Cap. 02.
Qualiter procedat in causis in quibus producit libellus —— Cap. 03.
Quòd reus non audiat nisi refectis expensis —— Cap. 04.
Quod testes in ciuilibus causis recipiant infra decem dies à die contestationis litis —— Cap. 05.
De salario soluendo in ciuilibus causis —— Cap. 06.
Quod scripture reperte in filzis ualeant —— Cap. 07.
De questionibus inter coniunctos, et conuicinos compromittendis —— Cap. 08.
Quod non habens domum in dicta Vniuersitate et eius districtu possit et debeat citari in platea C. 09.
De Sapiente petito, et qualiter —— Cap. 10.
Qualiter mulier dotata succedere non debeat ab intestato —— Cap. 11.
Qui homines et quot teneant interesse Arenchis et Aduunantijs —— Cap. 12.
Quomodo termini finium quolibet anno sint explorandi —— Cap. 13.
Coloni aduene quomodo possint, et non possint retinere bestias —— Cap. 14.
cedere ligna, et de poenis —— Cap. 14.

# TABVLA

## Quarti Libri Damnorum dator.


De bestijs damnum dantibus in possessione seminata —— Cap: 0. 1.
De bestijs damnum dantibus arboribus fructiferis, siluis et possessionibus bannitis personarum particularium —— Cap. 0 2.
De bestijs damnum dantibus in vineis, et Pergulis —— Cap. 0 2.
De damnum dantibus personalr' uel cum bestijs in orto, croco uel canepa —— Cap. 0. 3.
De bestijs damnum dantibus in Pratis —— Cap. 0. 4.
De bestijs damnum dantibus mete, uel manipulis —— Cap. 0 5.
De personis damnum dantibus in aliquo genere leguminum —— Cap. 0. 6.
De dann' dantib. personalr' in vineis, pergulis et de portantib. a trib. racemis sup. et de Vindemijs —— Cap. 0. 7.
De damnum dantibus personaliter arboribus fructiferis —— Cap. 0 8.
De incidentibus in siluis reseruatis Commun. —— Cap. 0. 9.
De forensibus damnum dantibus in territorio dicti Castri —— Cap. 1 0.
Libro 4
Quod poene in commissis damnis de nocte duplicentur —— Cap. 1 1.
Quod nulli liceat retinere ultra tres porcos —— Cap. 1 3.
—— Cap. 1 4.

# TABVLA

## Quinti Libri Extraordinariorum.


De modo imponendi Collectas ———— Cap. 0 1.
De Custodijs faciendis ———— Cap. 0 2.
De personis, uel bestijs transeuntibus per possessionem seminatam ———— Cap. 0 3.
De habentibus possessionem iuxta uiam Communis ———— Cap. 0 4.
De uolentibus plantare iuxta confines possessionum ———— Cap. 0 5.
De arboribus pendentib. sup. possessionem alterius ———— Cap. 0 6.
De extrahentibus terminos de possessionibus ———— Cap. 0 7.
De proijcientibus turpitudinem de fenestra uel ostio ———— Cap. 0 8.
De sulcis mittendis in possessionem ———— Cap. 0 9.
De occupantibus uias Communis ———— Cap. 1 0.
De capientibus columbos ———— Cap. 1 1.
De stercorantibus prope ostia proprio corpore, fontes, clibanos, uijs publicis, ———— Cap. 1 2.
et priuatis, porticibus, uiculis, angulis domorum, et uiarum ———— Cap. 1 2.
De amouentibus, surripientibus, et frangentibus lapides ex moenijs et muris ———— Cap. 1 3.
ipsius Castri, fontium, et clibanorum. ———— Cap. 1 3.
De poena incidentium arbores personarum particularium ———— Cap. 1 4.
Quod publica, et Generalis Arengha possit addere, et minuere in capitulis ———— Cap. 1 5.
presentium Statutorum quecumque uoluerit, et quomodo. ———— Cap. 1 5.
De occupantibus bona Communis ———— Cap. 1 [illegible]
Quod collectę imponendę debeant applicari secundum titulum illis impositum ———— Cap. 1 6.

Officiorum Liber Primus

# IN NOMINE IESV CHRISTI

flectendo genua ad consilia, et opportunas sanctiones procedendo, salutem animarum, loci, suiq; populi pacem, et quietem concedat; Per ipsum namq; difficultates superantur, et ab ipso omne datum optimum, et omne donum perfectum descendit; et sui sola clementia, ac virtute sperandum est. Vt haec, quę sequuntur ad eius reuerentiā, et honorem, ad pacem sempiternam, et Iustitiae inuiolatum cultum in Vniuersitate Oppidi Alliani, et eius districtu foeliciter dirigat, et disponat. Et quia secundum varietatem temporum statuta quoq; variantur humana; Cum unaquęq; Prouincia abundet in statu suo, et quę nouo emergunt, nouo indigeat auxilio. Ideo resecatis superfluis simillibus, et contrarijs in codicibus veterum Statutorum inuolutis presens huiusmodi ius municipale Vniuersitatis praefatae, eiusq; territorij, et districtus. Ad laudem praefati D.ni Nostri Iesu Xp̄i, ac Gloriosissimae Virginis Matris eiusdem Michaelis Archangeli, necnon Beatorum Apostolorum Petri, et Pauli, s̄ctiq; Euticij; Sub quorum tutela, et suffragio sp̄ali defenditur Vniuersitas ista. Ac etiam ad laudem Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Sanctiss.mi P.ris, et D.ni Nostri D. Clementis Octaui Pontificis Maximi, ac Ill.mi Ciuitatis Spoleti. Ad honorē quoq; Vnitatem, statum pacificum, et Augustum perpetuae foelicitatis, et tranquillitatis loci praedicti. Egregij, et Prudentes Viri excellens Doctor D. Berardinus Campana, et D. Jo. baptista Stoccus, municipes honorabiles oppidi praefati, Statutarij, Ordinatores, et Conditores infrascriptorum Statutorum, et Legis municipalis Communis, et Populi Vniuersitatis eiusdem; Ad hoc assūpti per opportunas, et generales Arengas ipsius; et in hac parte totius Communis, et Populi vices gerentes ex auctoritate, et facultate eisdem concessa sub infrascripta forma, et serie duxerunt sollemniter ordinandum. Statuentes, ac unanimiter ordinantes, quod omnia, et singula Capitula infrascripta, et in eis contenta cōmuniter, et diuisim in oppido antedicto, eiusq; territ.o, et Districtu a editionis, et publicationis die, praesentium Statutorum. Quae pro legibus Statutis, et municipali Iure haberi, et teneri ab omnibus debeant, et inuiolabiliter obseruari et quae perdurent, firma permaneant, et praeualeant omnibus alijs veteribus Statutis, et reformationibus. Quae penitus extinxerunt, et irritarunt, et ex nunc extincta, et irrita esse voluerunt; omnibus etiam alijs constitutionibus prouincialibus, et Communalibus, Prouisionibus, ordinationibus, et decretis non obstantibus.

# Officiorum

## Cap. 1. De electione, Officio, Auctoritate, et ordine Massariorũ, uel Sindici

Quoniam publica negocia presertim momentanea facilius, et celerius (ut experientia docet) per paucos absoluunt. Idcirco prefati d.ni Statutarij pro salubriori regimine, ordinauerunt, quod annuatim in Arenga Generali, et in mense Augusti celebranda eligantur unus, uel plures Massarij, seu Sindici prout melius, et oportunius hominibus in ipsa Arenga existentibus, et consulentibus expedire uidebitur. Quorum electorũ officium incipiat Kal.s Septembris immediate sequentis, et successiue duret per annum tantum. Qui Massarij, Sindici, seu Electi, anteq. ad exercitium admittantur in manibus Prædecessorũ, in forma solita, et consueta de fideliter administrando Juramentum prestent. Et exinde omnem potestatem, iurisdictionem, et auctoritatem habeant à Jure communi, sacris Prouincialibus constitutionibus presentibus Statutis, ac consuetudine quomodolibet sibi concessa: Et generaliter omnem aliam, quam ipsa tota Vniuersitas habere dignoscitur (exceptis arduis) Eisdem Massarijs, Vicarij, Ceteriq. Officiales pro tempore existentes subiacere, ac parere debeant: Ipsisq. liceat congregare, et congregari facere ad eorum beneplacitum Addunantias, Concilia, et Arengas. Creare autem etiam possint duos, aut plures compositores rixar. cum opportuna facultate etiam mittendi ad confinia huiusmodi rixantes, ac sub alijs pecuniarijs poenis: Eosq. ad treguam, inducias, concordiam, et pacem (si uisum fuerit) inducendi. Nec non liceat dictis Massarijs, seu Sindicis tam in ciuilibus, q. in criminalibus causis terminos quoscũq. atq. instantiam ipsam progare, arctare, et reiterare: Et insuper mitigare, suspendere, cassare, et irritare quamlibet condemnationem, et sententiam latam seu ferendam contra aliquos forenses, et precipue finitimos. Super alijs uerò sententijs, et condemnationibus latis, seu ferendis contra aliquos de ipsa Vniuersitate, Massarij, et Sindici prefati nullo modo se intromittant, nisi quoad portiones poenarum obuenientes Vicarijs, quas honestiori modo reducere possint, et ualeant. Necnon possint prefati Massarij, et Sindici pro opportunitatibus, et necessitatibus communis, et Vniuersitatis imponere onera personalia hominibus, et personis de ipsa Vniuersitate, cęterisq. huiusmodi oneri obnoxijs. Et si contingit unum uel plures ex dictis Massarijs, et Sindicis absq. substitutis abesse, infirmari, uel mori; Auctoritas p.ntibus applicetur, et remaneat. Et quicquid maiori parte ipsorum decretum, et ordinatum fuerit, robur obtineat firmitatis, quibuscũq. non obstantibus.

# Lib. I.

## Cap. 3. De Iuramento, officio, et Auctoritate Prætorum, seu Potestatum.

Prætor Communis Alliani, qui pro tempore fuerit; In principio sui officij iuret, et iurare debeat ad sancta Dei Euangelia corporaliter tacto libro, officium Prætoriæ exercere bona fide, et sine fraude, ac Ius, et Iustitiam petentibus coràm eo æqua lance reddere, et administrare; Præsertim pauperib., orphanis, pupillis, viduis, et alijs miserabilibus personis. Et saluare, ac custodire, et defendere ipsu Commune, homines, personas, et bona, et iurisdictiones ipsius Communis, Vniuersitatis, et Ecclesiarum, ac aliorum piorum locorum eiusdem. Necnon obseruare, et obseruari facere omnia, et singula Statuta, ordines, Decreta, Capitulaq. in huiusmodi uolumine contenta; omnesq. alias reformationes, quas in posterum fieri contigerit. Et quòd non minuet, aut quo uis modo lædet ipsu Cõe, aut Iura, et Iurisdictiones ipsius; Sed illa pro posse manutenebit, et recuperabit. Et generaliter, quòd omnia et singula faciet, obseruabit, et adimplebit. Ad quæ tm aut qualitercunq. spectent ad eius officium ex forma Iuris, sacrarum constitutionum, et Statutorum: Et nihilominus si in prædictis, uel aliquo predictorũ fuerit negligens, ipso facto salarium perdat irrecuperabiliter. Qui etiam Pretor non possit fungi alia aliqua auctoritate Superiorum, nisi tantũ concessa a presentibus statutis. &c.

## Cap. 4. De Electione Iuramento, officio, et Auctoritate Vicarij; Et de his, ad quæ tenet Vic.s &c.

Vicarius seu Iudex Communis eiusdem eligatur, et eligi debeat cum salario ei soluendo in publica, et generali Arenga misso solemn. partito ad bussulas, et pallucitas, et obtentum per maiorem partem hominum in dicta Arenga existentium, uel alias quomodocunq. prout eisdem hominibus magis uidebit expedire; Cuius officium duret, et durare intelligat annum tantum, nisi in ipsa Arenga aliter fuerit constitutum. Volentes insuper dicti dñi Statutarij, quòd omnis electio, refirmatio, prorogatio, seu continuatio citra preter, aut contra huiusmodi Statuta, sit ipso Iure nulla. Et nihilominus Massarij et Sindici, qui desuper aliquid proponere auderent, aut particulares persone consulere, aut uirtute dispensationis factæ ab aliquo superiore auctoritatem habente, contra quem primum reclamari debeat ab ipsis Massarijs, et Sindicis) Incidant in poenam duorum scutorum aureorum pro quolibet Massario proponẽte, seu non reclamante, et pro qualibet pari persona consulente. Qui quidem Vicarius anteq. ad Iuris ad=

15



admittatur, dicat et fateat se uelle stare, et bene contentum esse salario sibi in ipsa Arenga constituto, quod in ipsius electione primum fuerit decretum. Deinde iuret, et iurare debeat ad sancta Dei Euangelia corporaliter manu tactis scripturis, annum continue in Alliano bona fide, et sine fraude officium suum exercere, et ius, et iustitiam petentibus equaliter administrare; Praesertim pauperibus, orphanis, pupillis, uiduis, locis pijs, et alijs miserabilibus personis. Et ipsum Commune, et Jura ipsius Communis tueri, conseruare, et augere pro posse. Ac Massarijs, et Sindicis parere, eorumque gratiosis, et honestis taxationibus, et reductionibus de ratis poenarum, maleficiorum, seu damnorum datorum ipsi Vicario stare, et quiescere. Omnem accusationem, et denunciationem coram eo faciendam recipere, ac etiam omnem inquisitionem uirtute presentium Statutorum sibi concessam, legitimis tamen indicijs precedentibus formare. Quarum accusationum, denunciationum, inquisitionum, pariter, et querelarum, ac inuentionum teneatur copiam mittere ad Camerarium Communis ea die, qua facta est. Alias ipso Jure penitus euanescant. Et insuper ipse Vicarius ut negligens puniatur poena infrascripta &c. Et procedere debeat, et procedendo statuere terminos, et dilationes, aliaque substantialia, et sollemnia Judicij seruare, et ut Judex, et officialis Communis sententiare, decidere, et finire omnes causas ciuiles infra quatraginta dies continuos contestatione tacita, uel expressa. Criminalia uero infra triginta a die responsionis factae si comparitum fuerit, uel a die initiati processus, quando contumax quis esset. Quibus temporibus elapsis penitus censeatur instantiae peremptorie, nisi forsan a Massarijs, seu Sindicis fuerit prorogatus terminus. Et nihilominus idem Vicarius, et Judex negligens in predictis puniatur poena quinque aureorum pro quolibet processu non examinato, et non expedito; et in quantum reus accusatus, denunciatus, uel inquisitus condemnari debuisset. Obseruabitque dictus Vicarius, et obseruari faciet omnia, et singula Capitula presentis huius Statuti, ac etiam reformationes, et ordinamenta in posterum facienda, dummodo contra libertatem ecclesiasticam, aut pacta, et iurisdictiones Mag. et Ill.mae Ciuitatis Spoleti non uergeant. Credentias imponendas eidem non reuelabit ad damnum Vniuersitatis predictae. Omniaque acta, Instra, et scripturas ad eius officium spectantes, et pertinentes, scribet, et annotabit pro mercede competenti, et de qua in huiusmodi uolumine presentium statutorum sub speciali rubrica plenius continetur; Exceptis scripturis, et Instrumentis concernentibus interesse dicti Cois.

Quæ scribere, publicare, et dare teneatur gratis, et absq. aliquo salario. Insuper in Alliano per tres dies continuos in qualibet hebdomada, et quandocumq. opus fuerit pro necessitate Communis, et Univer.tis residere teneatur; Et si in huiusmodi residentia defecerit, Massarij, seu Sindici de salario ipsius pro rata temporis, in quo abfuerit contra formam præscriptam retinere valeant, ac retineat. Et si Massarij, et Sindici in premissis negligentes fuerint, ipsi de suo proprio dicto Commun. teneantur inevitabiliter. Ita quod non prosit eis quoad hoc absolutio aliqua generalis in eorum Scindicatu obtenta. Poenas damnorum datorum pro volutate exercentis officium, vel Emptoris ipsorũ, ab ipsis damnum dantibus Vicarius cum effectu exigere teneatur; Et si in hoc negligens fuerit, ipse de suo salario pro parte obveniente Communi in fine sui magistratus soluere teneat, ad quid soluendum ab eisdem Massarijs, et Sindicis compelli possit. Finito vero Magistratu, Vicarius prædictus (restitutis libris in forma opportuna) stabit ad Scindicatum suis sumptibus, et expensis, et rationem villicationis reddat coram Scindicatore eligendo per novos Massarios diversos ab illis, sub quorum Massariatu gessit officium; et per tempus, et prout in Capitulo sub specialiti. De Scindicatu Officialiũ, latius ordinatur, gloriam, seu dedecus pro meritis relaturus. Salarium autem, quo fuerit conductus, percipere vel exigere, aut aliunde sibi applicare non possit.

## Cap. 5. De deputatione Generalis Camerarij, et eius officio Juram.to et Salario.

Camerarius Universitatis eiusdem simili modo in Arenga Generali, præmissis substantialib., deputetur. Qui fide, et facultatibus sit idoneus, et oriundus ex oppido prædicto. Et in principio talis sui officij, efficaciter iuret, et promittat, datis etiam oportunis fideiussionibus, si id Consilio expedire videbitur, Camerariatum huiusmodi fideliter, et legaliter exercere pro ipso Communi. Et finito officio prædicto omne id, et totum, quod super, et de pecunijs, rebus et bonis eiusdem Communis reddere, et consignare Successori suo infra decem dies. Infra quod tempus rationatores poni à Consilio et ratiocinari debeant sine alia mora sub poena quinq. aureorum per Camerarium, et duorum per unumquemq. Consiliariorum, et Sindicorum contravenientem, seu negligentem, ipso facto incurrenda. Et nihilominus per Vicarium, et officiales ipsius Communis realiter, et personaliter compelli debeat Camerarius antedictus, donec rationem, et reliqua restituerit. Statuentes, q. oes et singlas collectas, et impositiones Cam.les seu quocūq. alio modo per totum annũ sui officij imponitas per ipsum Camer.rm vel aliũ quẽcũq. teneat exigere infra prefatos decem dies, alioquin

Officiorum

Sì teneatur Communi de suo proprio sine ulla mora in prompta, et numerata pecunia; Nec non ad omnes, et quascumq executiones, et expensas prouenientes ex retardatione solutionum onerum Cameralium, et aliorum quorumcuq quocuq nomine nuncupentur. Cuius officiu duret, et durare censeatur per annum tantum, sicut de Massarijs, Sindicis, et Vicario dictum est. Et quod omnes, et singulas expensas nomine dicti Communis non nisi ex deliberatione prefati Consilij audeat consentire, seu facere, aliàs de suo proprio expendere censeatur. Preterea nec ipse nec Consiliarij, seu Sindici similiter non possint aliquid ad exitum Communis ponere, compensare, uel quietare seu soluere absq pñtia omnium, et singulorum Consiliarior, seu Sindicorum, si fuerint plures. Et monetas, et pecunias ad communem estimationem, qua expendunt in territorio dictæ Vniuersitis recipere curent, nisi de eorum proprijs. Poenar. aut in pñti Caplo contentar. teria pars Coi, tertia Potati, tertia uero Vicario applicetur.

## Cap. 6. De electione, Officio, et Juramento duorum Vialium

Similiter in Generali Arenga eligantur duo Viales, qui Consilio ipsius ad munus uialium oportuniores, et aptiores uidebuntur, exercendum, quorum officium duret annum tantu. Qui Viales prestito prius eoru Juramento quod bene, et fideliter Vialiatus exercebunt officium, teneantur assidue discurrere, mensurare, rimare, remittere, et restituere omnes, et singulas uias publicas, et terminatas per totum territorium Vniuersitatis; et quas inuenerint indeterminatas, occupatas, apprehensas, impeditas, coarctatas, angustatas, deguastatas, seu cohopertas, possint, et debeant simul cum Vicario præcipere generaliter omnibus personis dictæ Vniuersitatis predictas uias publicas Communis quas ipsi Viales prius rimare, signare, terminare et assignare ipsis pronis teneantur reaptare, resarcire, ampliare, detegere, quecuq impedimenta inde auferre, penitus liberare, et expedire, et in pristinum statum ponere, reducere, et restituere. Occupatores uero ipsarum uiarum, impedientes, angustantes, deguastantes, et cooperientes teneant infra decem dies post preceptum dictorum Vialium et Vicarij secundum rimationem, terminationem, et alia, de quibus supra, easdem in pristinu statum reducere, restituere, remittere, et relaxare. Aliàs acriter, et iuxta poenas statutarias puniantur. Quoties autem Viarij predicti, seu aliquis eorum fuerint requisiti per aliquem, seu aliquos sup aliquo scretio uel differentia Viaru, Itinerum, aut semitar. priuatarum, teneant et debeant ex inspectione loci, et recepta ab adiacentib informat. tale scretium, et differentia dirimere, et terminare. et qd p ipsos, uel ipsoru aliquem ordinatu fuerit, ualeat et obseruari debeat. Qui autem ordinata p dtos Viales neglexerint, aut eis in eor. officio non paruerint, poena quinq Juliorum pro quolibet et qualibet uice puniant.

# Lib. I.

## Cap. 7 De electione, Iur.to Officio, Cura, et Auctoritate Gualdariorum.

Gualdariorum opportuna prouisio, et electio pro uno anno fiat in Arenga prefata. Ita quod in oppido prefato dictae Universitatis Gualdarius deputetur, premisso Iur.to Qui custodire teneatur, et debeat omnes segetes, et fructus arborum, et uinearum, necnon Siluas bannitas, et non bannitas existentes in territorio dictae Universitatis. Et omnes, et singulos damnum dantes personaliter, uel cum bestijs in possessionibus, segetibus, frugibus, bladis, fructibus, et Siluis alicuius. Et dominis ipsarum bestiarum intra triduum a die illati damni Curiae denunciare puniendos secundum formam presentium statutorum loquentium super damnis datis. Quorum Gualdarior. denunciationi plena fides adhibeatur. Et nihilominus damnum dantes, et domini bestiar. teneantur emendare damnum passis et per Curiam prefatam incontinenti et de facto, et ante poenae exactionem. Quoties autem alicuius damni dati cum bestijs uel sine malefactor seu dominus bestiarum nesciretur, et inueniri non posset; Tunc, et eo casu Gualdarius ad instantiam huiusmodi damnum passi per duos homines ab eo eligendos sub Iuramento estimari faciat ipsum damnum infra unam diem. Qua estimatione sic ut premittitur facta, idem Gualdarius pignorare possit, et debeat singulos de illa uilla, uel loco in qua damnum esset datum sub occulto malefactore, seu domino bestiar. et ipsa pignora Curiae assignare pro emendatione damni eiusdem proportionabiliter contribuenda. Itaque in casu predicto Villa, et locus ad nullam poenam teneatur. Quilibet autem qui se non pateretur pignorari ab ipso Gualdario puniatur de facto poena duorum Giuliorum, et habeat, et participet pro qualibet bestia per eum denunciata tres denarios, et pro qualibet denunciatione damni personalis sex similes nummos

17v

Officiorum.

## Cap. 8. De Baiuli Electione, Juram.to et Auctoritate

Baiulus, sive Nuntius publicus eiusdem Universitatis similiter deputetur in Generali Arenga pro uno anno premissis substantialibus, et bannimentis. Et ille sit publicus Baiulus, qui pro minori salario tale officium exercere obtulerit, et ad id sit idoneus. Si vero nemo se offerret, vel insolitum, et enorme salarium expeteret. Tunc, et eo casu baiulus nominetur, et deputetur à Massarijs cum aliquo iusto salario. Qui prestito eius iuramento de fideliter exercendo dictum officium, teneat.r facere Citationes personaliter, vel ad domum habitatam cum familijs in oppido, Villis, et territorio dictę Universitatis; Nec non ire cum literis et ambasciatis, seu nuncijs Communis ad libitũ Massariorum seu Sindicorum ad quantumvis distantem locum extra territorium sub mercede; De qua in Cap.lo sp.ali p.ntium statutorum constat, sub poena si replicaverit, vel neglexerit pro prima amissionis salarij, pro qualibet autem alia vice quinq. aureorum, et ut supra de facto, et in continenti auferendorum. et pro faciliori exercitio Baiulatus huiusmodi ordinaverunt dicti dñi Statutarij; quod ipse Baiulus p.ntis sicut premittitur electus possit, et valeat eius sumptibus alios socios idoneos sibi adiungere in oppido, et Villis prout sibi placuerit. Qui postq. Juram.tu coràm Massarijs, et in manib. Vicarij in forma prestiterint, reputentur, et sint public.i, et auctentic.i Baiuli, et tam principali, q. adiunctis prefatis detur plena, et indubitata fides, et veluti personis publicis credatur Circa Citationes, et relationes, aliaq. ad eorum officia spectantia, et pertinentia etiàm si de commissione ipsarum Citationum in causis civilibus aliter non liceret. Et pro commodo Universitatis, et particularium personarum predictarum, possit Baiulus predictus etiàm finito anno, et anteq. Successor iuraverit, continuare, et exercere officium, si voluerit absq. tamen novo salario ex publico percipiendo. Et quicquid per eosdem factum fuerit, valeat et teneat pleno Jure non obstãte lapsu temporis. Si vero Baiulus aliquis sua conductione durante recusaret, seu negligeret Citationes, et relationes, puniatur pro qualibet vice poena unius floren.i Rursus si baiulus aliquis falsas fecerit Citationes, et relationes ipsas similiter poena quinq. aureorũ qualibet vice puniatur. Et omnia damna, et interesse de suo proprio patienti emendet. Et durãte tali officio sub eadem poena non se absentet à Curia nisi de mandato Massarior. et Sindicor. et pro negocijs Communis. Neq. pro aliquo apud officium intercedat, seu quomodolibet patrocinijs se aliorum ingerat.

# Lib: I.

Cap. 9. Quòd Massarij, seu Sindici teneant taxare oẽs expen. eoꝝ officij.

Item statuimus, et ordinamus, quod Massarij, uel Sindici, qui pro tempore fuerint, teneantur, et debeant in quolibet mense, durante eorum officio taxare, et deliberare omnes expensas factas per eos, et quando uolunt taxare et deliberare banniri faciant per tres dies ante finem dicti cuiuslibet mensis. Quod unusquisq. qui habet in Communi aliquid taxandum, uel declarandum uenire debeat coràm ipsis Massarijs ad uidenda dictam taxationem, et medio Jur.to etiam prestando dicto aliquid in Commun. habenti, quid debeat dicere ueritatem de quantitate datę rei in Communi, et iusto precio ipsius rei. Et demum taxet et declaret per dictos Massarios, et Sindicos. Et dictam taxatione factam scribi faciant in libro speciali Communis illi, qui dictam rem dederit. Et sic seruetur dictus ordo, adeo quòd, qui aliquid in Commun. dederit, et per Jur.ed uel per testes probauerit, dedisse Taxetur, et scribatur, ut supra.

Cap. 10. De officio Baiuli.

Item statuimus, et ordinamus, quod baiulus Communis teneat et debeat ire, et seruire Communi et specialibus personis per totum territorium Rochæ Albericorum ab specialibus personis recepta competenti solita et consueta sua mercede, et citare quamcumq. personam fideliter et referre, et eius relationi plene credat. Ac etiam teneat et debeat ad petitionẽ Massariorũ, et Sindicorũ Communis et Vicarij ire ad omnia Castra, et loca conuicina territorij Rochæ Albricorũ pro nihilo in eoꝝ seruitiũ pro qualibet uice sub poena duorum Juliorum pro qualibet uice contrafaciente.

Cap. 11. De festiuitatibus custodiendis.

Item statuimus, et ordinamus, quòd nulla persona de dicta Uniuersitate audeat, uel presumat in dicta Uniuer.te uel eius Territorio, et districtu laborare, uel aliquod laborerium, siue exercitiũ facere in diebus, et festiuitatibus infrascriptis. Et primo festum Natiuitatis Dñi Nostri Jesu Xpi cum duobus sequentibus diebus, Dies Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, et Corporis Xpi Dies omnes festiuitatum Beatæ Mariæ Virginis omnes dies Dominicos: omnes festiuitates duodecim Apostolorũ, et presertim SS.rũ Petri et Pauli sub die uigesimanona Junij, quatuor euangelistarũ sti Michaelis Archangeli, et S. Eutitij

Dies

Dies festos sti Jo: baptæ, sti Laurentij, S. Pontiani, qui è die xiiij Januarij, sancti Blasij, sanctæ Crucis, S. Salvatoris, S. Catherinę, omnes dies Veneris Martij, et Veneris Sancti, S. Rochi, et S. Sebastiani. Contrafaciens autem soluat Julium unum pro qualibet persona, et uice, cuius poenæ medietas applicet Smo Sacramento Corporis Xpi in Eccl[esi]a sti Petri dictæ Universitatis, et soluat in manu Camerarij ipsius ecc[lesi]æ. Reliqua uero medietas sit Accusatoris, qui erit officialis damnorum datorum, qui possit, et debeat in huiusmodi festiuitatibus predictis quemlibet contrafacientem accusare.

## Cap. 12. De mercede Camerarij pro retentione bestiarum.

Item statuimus, et ordinamus, quod Camerarius Communis, qui pro tempore erit pro salario, seu mercede de bestijs ipsi per Curiam consignatis pro executione, uel alias ab hominibus Castellanis dictæ Universitatis bononenum unum pro quolibet die, et qualibet bestia grossa pro retentione, et stallatico dictarum bestiarum recipere, et habere possit, et debeat. Sed à forensibus duplum pro quolibet die, et qualibet bestia grossa habere debeat. Et non possit, nec debeat, uel teneatur retinere dictas bestias ultra decem dies à die consignationis de eis ipsi Camerario factæ, sine licentia Consilij: quod ordinare, et prouidere debeat, quid de ipsis bestijs retentis faciendum sit infra dictos decem dies. Sin autem Camerarius debeat, et possit eas dimittere et relassare.

# MALEFICIORV̄ LIB. II.

## Cap. I. De modo, et ordine procedendi in Criminalibus

Ne de Maleficijs Quisq̃ gratulari valeat Statuimus et ordinamus, quod accusatus, sive inquisitus de aliquo maleficio, excessu, vel delicto, citetur per Baiulum dicti Communis vel eius fideiussorem cum tenore inquisitionis ad se excusandum et defendendum ab accusatione, sive inquisitione contra ipsum formata. Et si fuerit citatus personaliter, sufficiat una Citatio, et habeatur et sit peremptoria. Si verò non fuerit citatus personalr citetur pro secunda, et ultima Citatione, et diversis diebus cum interuallo inter unam citationem, et aliam. Quæ duę citationes fiant ad domum suę solitę habitationis. Et si dictus talis citandus fuerit forensis et non habitaret in dicta Universitate, vel eius Territorio, Citetur bis, et diversis diebus in Platea Communis, et semper citatio fiat una die pro altera; Et Potestas vel Vicarius teneat, et debeat ipsum accusatũ, vel inquisitum, si non comparuerit in dicta secunda citatione facere exbandiri p̃ preconem dicti Communis de dicta Universitate, et eius districtu in quantitate, in qua debet condemnari secundum formam Statutorũ dictæ Universitatis. Quod bannum computet in condemnatione de ipso facienda. Et in dicto exbannimento assignet eidem exbannito terminus dece dierum ad comparendum, et se excusandum, et defendendũ ab accusa, vel inquisitione contra ipsũ formata. Et si dictus Accusatus vel inquisitus fuerit tunc absens à dicta Universitate et eius districtu, vel allegaverit aliquis absentiam pro ipso, et iuraverit ipsam non calumniose allegare, tunc assignetur sibi terminus geminatus ad veniendum, et comparendum coràm dicta Curia ad se excusandum, et defendendũ ab Accusa, vel inquisitione prædictis. Et si dictus accusatus vel inquisitus non comparuerit in termino dicti banni. Tunc Potestas, seu Vicarius poterit ipsum condemnare de maleficio, sive delicto, de quo contra ipsum proceditur et dictũ bannum computet in condemnatione ipsa. Si verò dictus Accusatus sive inquisitus comparuerit coràm Curia, teneat Potestas, et Vicarius dictæ Universitatis ipsum recipere ad excusationem, et defensionem. Qui talis excusandus teneat et debeat dare Curiæ dictę Universitatis idoneum fideiussorem de solvendo condemnationem faciendam, quem si non dederit ad excusationem nullatenus recipiatur. Volumus tamen, quòd non obstantibus prædictis, possit quilibet Inquisitus sive Accusatus usq̃ ad sententiam exclusive se presentare, et fideiussionem prestare et excusare, eius contumacijs non obstantibus. Et tali comparenti assignetur terminus quinq̃ dierum, et peremptorie ad omnem suam defensionem faciendam.

Cap. 2. De poena maledicentis Deum, uel Sanctos eius.

Item statuimus, et ordinamus. Quod si quis blasphemauerit, aut maledixerit Deum uel Beatã
Virginem, puniatur poena trium aureorum. Si uero adontauerit, uel nominauerit uerbis obs=
coenis, turpibus, et contumeliosis Deum, uel Beatam Virginem, Puniatur in uno aureo. Si iu=
rauerit per nomen Dei, Beatæ Virginis, Sanctorũ, et Angelorum in comunibus colloqijs absq;
necessitate cogente, quę de iure permittatur, puniatur in uno floreno. Si uero blasphemauerit, aut
maledixerit aliquem Sanctum uel Sanctam, puniatur in quinq; Julijs. Si uero adontaue=
rit, uel despectauerit aliquem Sanctum uel Sanctam in uiginti bononenis puniat.r Huius=
modi autem personas delinquentes, possit accusare quicumq; interfuerit et eas delinquentes
audierit, prestito tamen Jur.to coram Vicario de eo, quod audiuerit à delinquente, uel uno
teste adhibito. Vicarius uero si ipse audierit delinquentes in predictis absq; Jur.to uel statim, uel
in termino quinq; dierum contra ipsos procedat in poenis incursis, denunciata blasph.a delinquẽ=
ti, et quibuscumq; commissis in p.nti Capitulo. Si uero coram ipso fuerint denunciati et accusati,
seruata forma predicta similiter procedat. Alias Potestas possit cogere Vicarium in talib;
contrafacientem et in predictis exequendis negligentem ad soluendam statutã poenam, quam soluere
delinquens debuisset, dummodo ipse Vicarius fuerit ab aliquo coràm eod. Potestate accusatus
de huiusmodi sua negligentia. Dimidium uerò harum poenarum, quæ soluent, applicetur S.mo
Sacram.to Corporis Christi in ecc.a s.ti Petri de dicta Vniuersitate; Aliud u.o dimidium lucrent.r
Vicarius, et Accusator pro equali portione. Potestas autem, si Vicarius in premissis deliquerit,
partem totius poenę, quæ Vicario obtigisset, adipiscatur, et non ulterius.

# Lib: II. M

## Cap. 3. De poena facientis insultum contra aliquem

Item statuimus, et ordinamus quod si quis irato animo, et malo modo fecerit insultum, seu aggressurã contra aliquam personam ad domum, uel possessionem suam siue conductam sine armis condemnetur in poenam duodecim Juliorum. Si uero cum armis in trium aureorum. Si uero ad Arengam Consilij, siue ad ecclesiam, dum celebrantur diuina officia si sine armis in tribus aureis condemnet. Si uero cum Armis in quinq; aureis condemnet. Et si alibi q̃ in locis predictis, si sine armis in decem Julios condemnetur si uero cum armis in uiginti Julijs condemnetur. Sed quando post insultum sequit maior poena, insultus confundatur.

## Cap. 4. De poena facientis Rixam.

Item statuimus, et ordinamus quod si quis fecerit rixam siue mischiam cum aliqua persona, Propter quam rixam, status pacificus dictę Vniuersitatis turbaretur, quod condemnetur in quinq; aureis. et turbatio pacific. status ubi, et quando foret commotio maioris partis hominum dictę Vniuersitatis Armatorum.

## Cap. 5. Quod in Ciuilibus, uel Criminalibus non possint testificari infrascripti

Item statuimus, et ordinamus, quod in ciuilibus, uel criminalibus causis non possint testificari minores masculi quatuordecim annorum, et foeminę minores duodecim annorum. Et si aliter fieret attestationibus talium nulla fides adhibeatur, Nec Potestas, nec Vicarius cogere possint tales minores ad testificandum in aliqua causa exceptis in damnis datis.

## Cap. 6. Quod minores decem annis non teneant ad banna nisi ad dana data.

Item statuimus, et ordinamus quod minores decem annorum non teneantur ad poenam alicuius delicti, uel maleficij exceptis damnis datis, pro quibus teneantur secundum formã statutorum loquentium de damnis datis.

# Maleficioru[m]

## Cap. 7. Qualiter poene duplicentur in Maleficijs

Item statuimus et ordinamus, quod de omnibus et singulis maleficijs excessibus et delictis de nocte commissis, et committendis, poene delinquentibus duplicentur, et etiam duplicentur in Arenga Ad ecclesiam, ad Nuptias et in p[rese]ntia Potestatis, uel Vicarij. Et intelligat[ur] nox ab occasu Solis, et dies ab ortu Solis.

## Cap. 8. De poena se parantis, uel auferentis aliquid alicui.

Item statuimus, et ordinamus. Quod si quis se parauerit alicui, uel ei auferet, uel depredatus fuerit et ab eo en[...]uerit, et in eius utilitatem conuerterit. Et res ablata ascenderet summam, uel ualorem à floreno supra, condenet[ur] in quinque aureis. Et si res seu ualor non ascenderet ad dictam summam, ut supra condemnet[ur] in duobus aureis. Et ad restitutionem rei ablatę domino ipsius rei in duplum.

## Cap. 9. De poena turbantis aliquam possessionem, uel tenutam

Item statuimus, et ordinamus, quod si quis inuaserit, occupauerit, seu turbauerit aliquam possessionem, seu tenutam alicuius, condemnetur in tribus aureis. Et ipsam possessione[m] siue tenutam infra octo dies in statum pristinum reponere teneatur, cum fructib[us] inde perceptis ęstimandis per duos bonos homines ad prędicta ponendos. Non obstante aliqua prouisione ciuili.

## Cap. 10. Quod Potestas, uel Vicarius teneat deducere ad effectu[m] o[mn]es Processus.

Item statuimus, et ordinamus. Quod Potestas, siue Vic[arius] teneant, et debeant expedire omnes et singulos Processus cuiuscu[m]q[ue] delicti, maleficij, uel excessus infra duos menses à die prime citationis, et sententię et sen[tent]ias ferre infra dictum tempus. Et si non expedirennt, ut dictum est Processus et sententia non teneat nec ualeat ullo Iure, et sententiæ ferendę per Potestatem, uel Vicarium dictę Vniuersitatis legant[ur] in Consilio bannito dicti Communis. Ad quas audiendas citent[ur] condenandi, siue absoluendi p[er] baiulum dicti Communis antequ[am] ferant[ur], quod tali die compareant, uel hora ad ipsas audiendas. Et si dictus condenandus fuerit absens à dicta Vni=

Vniversitate siue ciuis districti citet in Platea dicti Communis. et casu quo in aliquo Processu laberet tempus duorum mensium quo minus expediret Processus, et sñia non ualeat ut supra. Et ipsum Processum Potestas siue Vicarius reinitiare, siue reiterare non possit, et si reinitiauerit, uel reiterauerit, non ualeat ipso Iure.

Cap. 11. De poena facientis compositionem cum Potestate

Item statuimus, et ordinamus, quod nullus audeat, uel presumat facere aliquam compositionẽ cum Potestate dictæ Vniversitatis tam pñte q̃ futuris p se uel interpositam psonam de aliq° maleficio, excessu, uel delicto ante latam sententiã maleficij sine consensu Massariorum, seu Sindicorum sub poena unius aurei. Et qui etiam Potestas nullo modo componere possit cum aliquo de maleficio aliq° ante latam sententiã uinculo sui Iuramenti, et poena sui salarij.

Cap. 12. Quod non possit procedi inter coniunctos in tertio gradu.

Item statuimus et ordinamus quod Potestas, siue Vicarius non possit, nec debeat procedere contra coniunctos, uel attinentes infra tertium gradum inclusiue, nec contra Virum et Vxorem, famulum, et dominum, discipulum, et Magistrum, nec qui morant' in eadem familia, nisi p accusationem iniunati

Cap. 13. Quod non possit procedi procedi p Inquisitionem ab auro infra.
Vigore inobedientiarum.

Item statuimus, et ordinamus. quod Potestas uel Vicarius dictæ Vniversitatis non possit pcedere per Inquisitionẽ contra aliquam personam occasione inobedientiarum comittendarum ab auro infra. Et si procederet, non ualeat, nec teneat ullo Iure.

# Maleficiorum

## Cap. 14. De poena opponentis se Baiulo, uel non permittentis se pignorari.

Item statuimus et ordinamus. Quod si quis parauerit se Baiulo dicti Communis, uel pignorari non permiserit uel eius fideiussori, puniatur in tribus florenis pro quolibet, et qualibet uice. Et de predictis credatur dicto Baiulo, siue eius fideiussori, uel substituto cum Iuramento de nouo prestando.

## Cap. 15. De poena non probantis Accusam.

Item statuimus et ordinamus quod quicumque produxerit accusa aliquam contra quacumque personam dictæ Vniuersitatis et eam non legitime probauerit condemnet in poena unius floreni.

## Cap. 16. Quod in maleficijs possit Curia procedere de similibus ad similia

Item statuimus et ordinamus quod Potestas, et Vicarius dictæ Vniuersitatis possint procedere de similibus ad similia de omnibus et singulis maleficijs, excessibus, et delictis commissis et committendis inter quascumque personas secundum formam statutorum dictæ Vniuersitatis. Et quod ad statuta alterius loci rea similari non possit. Et si contra formam presentis Capituli factum fuerit non teneat ipso Iure.

## Cap. 17. De poena ludentis ad ludum taxillorum, uel cartarum.

Item statuimus, et ordinamus. Quod nullus audeat presumat uel possit ludere in dicta Vniuersitate et eius districtu ad aliquem ludum taxillorum, siue alearum et cartarum, quo ludo uincantur, uel perdantur nummi nisi pro rebus comedendi, et bibendi ludat. Et contrafaciens puniat in quinque Iulijs. Et quod nullus prestet pro dicto ludo tabulam, lumen, domum nec alia quecumque ad ludum facientia sub eadem poena. Et hoc presens statutum habeat locum etiam in festiuitatibus Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi contra ludentes dictis ludis et alijs quibuscumque, qui in huiusmodi festiuitatibus, penitus prohibent. Et si quis repertus et deprehensus fuerit in locis absconditis, et secretis dictis ludis, puniat in decem Iulijs. Possitque officialis, et Vicarius procedere contra ludentes predictos per accusationem et per inquisitionem non obstante, quocumque alio statuto dicente, quod in ludo non possit procedi nisi per accusationem Gualdaniorum secretorum. Quod statutum tollimus, et cassamus. Et hoc presens statutum seruari uolumus.

De

# Lib: II. M

## Cap. 18. De poena committentis fraudem in suo officio.

Item statuimus, et ordinamus, quod si quis commiserit fraudem in suo officio, puniat in centum solidis denariorum qualibet vice, et emendare teneatur damnum communi sive speciali personę, contra quam dicta fraus commissa appareret

## Cap. 19. Quod poena condemnationum dividatur inter Potestatem, Vic.m et Coe.

Item statuimus, et ordinamus quod medietas omnium et singularum condemnationum factarum, et faciendarum de maleficijs excessibus et delictis per Potestatem et Vicarium dictae Univer=sitatis, sit Potestatis, et Vicarij, qui pro tempore fuerint pro equali portione inter ipsos divideda. Alia vero medietas sit communis. Sed Potestas neque Curia possit se cum aliqua persona concor=dare, neque partem aliquam ipsarum exigere de et ex qualibet poena, nisi prius concordata, et soluta parte communis, et partem aliquam habere non possint, nisi per manus Camerarij et non aliter neque alio modo.

## Cap. 20. De poena improperantis alicui aliquam iniuriam.

Item statuimus et ordinamus. quod si quis exprobraverit alicui aliquam iniuriam, vel verecun=diam sibi, vel suo consanguineo, vel affini factam, et maxime mulieris, vel mortis alicuius, vel alterius enormis delicti condemnetur in tribus aureis. Et si quis dixerit alicui homicida, Adulter proditor, Meretrix, et his similia in floreno puniatur pro quolibet tali verbo in=iurioso. et de alijs verbis iniuriosis puniatur in duobus iulijs cum dimidio.

## Cap. 21. De poena percutientis aliquam bestiam.

Item statuimus, et ordinamus, quod si quis percusserit aliquam bestiam alienam valoris ab aureo supra, et occasione percussionis mortua esset, sex maculata, et infecta, puniat in decem Julijs si fuerit bestia maior. Si vero bestia minor, puniat in tribus Julijs. Si vero dicta bes=tia fuerit valoris ab aureo infra puniatur in sex Julijs; et semper damnum emendet patienti in duplum. Quę bestia estimet per duos convicinos electos per Curiam; Ad quam estimatorum faciend.

conuicini facere teneant infra tres dies post preceptum eis factum per sienam sub poena decem bonenoz pro quolibet ipsorum. Et si partes concordauerint inter se malefactor ad emendationem dupli non teneat, sed solum teneatur ad poenam.

Cap. 22. De poena forensium portantium Arma

Item statuimus, et ordinamus. Quod nullus forensis audeat, uel presumat in dicto Castro, uel aliquo eius loco portare aliqua arma, uel aliquod genus armoz, sine licentia Vicarij, officialis, uel Potestatis dicte Vniuersitatis, sed transeundo, et iter faciendo possint, et ualeant arma gestare. Et qui contrafecerit in uno floreno puniat, aliquo statuto in contrarium disponente non obstante.

Cap. 23. De poena Conterrigenarum portantium arma.

Item Statuimus et ordinamus. Quod nulla persona de dicto Castro, uel eius districtu cuiuscumque sit status, qualitatis, aut conditionis possit, nec audeat de cetero portare in Palatio ad Arenga et Consiliu aliquod genus armorum offendibiliu sub poena, et ad poenam unius floreni.

Cap. 24. De quarta parte detrahenda confitenti maleficiu.

Confessus maleficiu, de quo contra eum procederet coram Curia dicte Vniuersitatis tempore sue excusationis puniatur in quarta parte minus quantitate in qua puniri deberet per formam Capituloz presentiu statutoru loquentium de maleficijs, de quibus contra eum procederetur. Et eidem ipsum maleficiu, de quo contra eum procederet confessio in sntia contra eum ferenda quarta pars detrahatur, excepto in quantitatibus in duobus Julijs et in ijs de quibus creditur per formam statutoz de facto. Addimus. Si tn confessus maleficium ad uoluntatem procedentis satisdederit.

## Cap. 25. De medietate poenarum detrahenda propter pacem.

Si de aliquo maleficio, seu iniuria, de quo, seu de qua procederet per Curiam Communis dictae Universitatis contra aliquem, seu aliquas, facta fuerit pax ab iniuriato, vel eius heredibus, iniuriato, vel eius procuratori. Et de ipsa pace appareret publicum instrumentum introductum coram Curia dicti Communis per ipsum iniuriatum seu eius procuratorem quecumque ante sententiam super tali maleficio seu iniuria procedenda talis maleficium committens seu iniuriam, et instrumentum pacis modo quo supra producens puniat, et condemnet media parte poenae minus quo seu qua deberet condemnari secundum formam Capitulorum presentium statutorum, De qua iniuria seu maleficio loqueretur. De quo banno, seu poena tempore ferende sententie in ipsa sententia dato media pars detrahi debeat propter pacem predictam. Et si aliter fieret sententia non valeat ipso iure.

## Cap: 26. De quarta parte detrahenda propter solutionem infra tempus

Item statuimus et ordinamus. Quod quicumque solverit Camerario Communis dictae Universitatis condemnationem de eo factam infra decem dies a die late sententie numerandos, quarta pars suae condemnationis detrahatur, et eidem diminuatur. Additum huic Capitulo Quod quicumque non solverit condemnationem suam infra dictum terminum decem dierum, solvat, et solvere teneatur quartum plus poene, quam solvere debebat, si solveret infra dictum terminum

## Cap. 27. Quod liceat a Sententia appellare infra decem dies.

Item statuimus, et decernimus. Quod sentiens se gravatum ab aliqua Sententia civili vel criminali lata per Potestatem seu Vicarium dictae Universitatis possit, et valeat appellare infra decem dies a die date sententie ad Curiam Generalem Ill. Civitatis Spoleti. Infra alios decem dies proximos subsequentes debeat, et teneatur prosequi per appellationem, Alias appellatio sit deserta, et contra talem possit fieri executio, et contra fideiussores, et etiam in bonis eorum. Volumus etiam quod quicumque senserit seu dixerit se gravatum ab aliquo processu Civili vel Criminali, vel etiam condemnatione, seu sententia possit et liceat petere sapientem suis expensis.

et

# Maleficiorum

et eidem petenti sapiens concedatur sumptibus petentis, dummodo petatur infra decem dies à die late sententie et non post. Et in predictis servetur ordo, et modus traditus in Capitulo de petitione sapientis.

# Lib: II.

25v

# CAUSAR. CIVIL. LIBER III.

## De ordine

Cap. i.

## Procedendi in Civilibus Causis.

Citatus coram Curia Universitatis Castri Alliani ad petitionem alicuius per Baiulum Com=
munis dicti castri occasione civili. Si citatus esset domi solite habitationis, et contumax
fuerit, iterum citetur suis expensis pro secunda citatione, et peremptorie. Que secunda
citatio peremptoria habeatur, Actore tamen comparente in ipsis terminis, et ipsius citati contuma=
ciam accusante. Si autem citatus fuerit personaliter, Actore predicto comparente in ipso term.°
citationis, et ipsius contumacia accusata, ipsa citatio personaliter facta peremptoria ha=
beatur, et contra eum possit procedi absque alia citatione. Et si citatus modo, quo non venerit in
terminis ipsarum citationum, et contumax fuerit quo supra modo; Tunc per Vicarium detur
et pronuncietur tenuta contra ipsum reum citatum ad petitionem actoris secundum tenorem
sue petitionis vel sui Instrumenti vel Protocolli, recepto prius iuramento ab Actore, quod ea, que
petit, non animo calumniæ petit, sed pro eo quod iuste petere potest, et debet; et quod ei vel
alteri pro eo de ipsa re, et quantitate petita in totum, vel in partem non est in aliquo satisfac-
tus. Et predicta tenuta detur mobilium dupli, immobilium tripli, et possit dari ad petitionem
Actoris in rebus stabilibus, non obstante, quod invenirent res mobiles. Et quod ipse Actor
possit capere tenutam in rebus stabilibus, et mobilibus prout ipsi Actori placuerit. Et etiam
talis reus exbanniatur ad voluntatem Actoris in quantitate petita, et expensis, et unam ex pred.tis
viis, et ambas vias possit Actor predictus petere, et consequi. Et Vicarius ipsius Communis
sibi faciat, prout petitum fuerit per actorem; et in ipso banno poenam imponat unius bono=
nenorum communium; In quo banno sibi terminus assignet trium dierum; infra quem si non compa=
ruerit, sit et remaneat exbannitus dicto Actori, et dicto Communi, modo predicto. Et Baiulus qui
dictam tenutam dederit dicto Actori precipiat ipsi reo personaliter, vel domi suis solite habitationis
quod ipsam tenutam recolligat infra terminum decem dierum; infra quem term.m si non recollegerit, et
satisfecerit expensas ipsi Actori, Vicarius ipsius Communitatis debeat ipsi Actori facere relaxari,
et dimitti ipsi Actori superfluum, quod ipse Actor cepisset in tenutam ultra quantitatem petitam,
et expensas factas. Præ duobus bannimentis de ipsa tenuta per baiulum Communis factis in
Palatio dicti Communis; In quibus bannimentis assignet term.° trium dierum ad volendum dictam
tenutam emere; et plus offerenti detur. Precedente tamen etiam extimatione duorum hominum

com-

# Causarũ civilium

communiter eligendorum per partes, vel Curiam, si videt Curiæ. Et si quis in ter.° dictor. bannitor. vel alicuius eor. non comparuerit ad dictam tenutam recolligendum, vel defendendum, vel emendum. Ponant duo Massarij seu Estimatores per Judicem dicti Communis ad petitionẽ Actoris de adiacentibus loc. ipsius tenutæ ad estimandum ipsam tenutam: Qui partibus non attineant in primo, vel in secundo gradu, si ibidem invenientur, vel ad voluntatem Curiæ, dummodo non attineant modo predicto partibus predictis. Qui Massarij sint ponendi sine aliquo precio. Jurent ad Sancta Dei Evangelia tactis Scripturis, Estimationem facere de ipsa tenuta, vel re sup. qua essent positi bona fide, et sine fraude infra tertiã diem postq. positi fuerint et mandatum fuerit eisdem poena quinquaginta solidor. pro quolibet, et qualibet vice, de facto auferendo: et demum facta Estimatione ipsius tenutæ, vel rei per Curiam ipsius Communis detur, et adiudicet ipsi Actori ex secundo Decreto, vel tantum de ipsa tenuta quod valeat quantitatẽ petiti et expensis, ad petitionem Actoris, si ipse Actor voluerit et petierit in quantitate contra eum petita et expẽsis. Si autem bona mobilia, vel imobilia talis Rei non invenirentur, detur Actori tenuta in bonis debitor.; et nihilominus exbanniatur

Cap. ij. Qualiter procedat.r in confessis, et de executione publicor. Instrum.tor.

Confessionem aliquam facienti in Judicio de aliquo debito vel re, vel quantitate petita contra eum per aliquem, et si contra quem produceretur per aliquem in Judicio aliqd. Instrum. publicum, vel Prothocollum non vitiatum, non cancellatũ, nec in aliqua sui parte suspectũ, Vicarius sive Curia dictæ Universitatis precipiat ad petitionem ipsius Actoris, seu ad petitionem Creditoris, quod ipsam quantitatem, seu debitum, vel rem per eum cõfessã, seu quæ, et quod continentur in tali Instrum.to, vel Prothocollo det, et solvat ipsi petenti, seu Creditori dãna et expensas infra decem dies a die facti precepti predicti poena duorum Juliorum pro qlibet die, quo fuerit in mora post dictum terminum, dummodo dicta poena non possit ascendere summam trium Juliorum. Et Judex, et Curia dicti Communis teneat, et debeat ad petitionẽ Actoris contra inobedientem, et contrafacientem procedere per accusationem et inquisitionẽ, et omnem modũ post ipsum terminum decem dierum, et ipsum cogere in Palatio realiter et psonalr. elapso dicto ter.° ad voluntatem petentis, seu Creditoris, et de ipso Palatio non discedat, donec satisfecerit Creditori de debito et expensis. Et si non cogeretur in dicto Palatio, tunc ad petit.em ipsius contra predictum debitorem detur tenuta de bonis eiusdem ipsi Creditori pro quantitate petita, et expensis et contra eum procedatur, ut supra in alio Capitulo continetur contra Contumaces

Saluo

# Lib: III.

Saluo, et reseruato, q liceat ipsi Reo confitenti, uel contra quod produceretur aliquod Instrum uel Prothocollu producere, et opponere contra ipsum preceptum et contra ipsam confessionem, seu contra ipsum Instrumentu uel Prothocollu in quinq dierum à die facti precepti predicti exceptiones infrascriptas, v3 quietationis solutionis falsitatis et non als; Et infra alios quinq dies ipsas probare debeat, et non ultra. Et si opposuerit alias exceptiones, q predictas, non audiatur. Si quis uero fuerit confessus aliquam quantitatem uel rem in Judicio, quę esset quatraginta bononenor, uel a quinquaginta bononenoru infra, uel contra eum produceret Instrum, uel Prothocollu de dta quantitate xl.ta bononenor, uel ab inde infra; Pręcipiat p Curiam eidem, q non decedat de Palatio donec satisfecerit Creditori de quantitate petita, et expensis. Saluis sibi, et reseruatis prędictis exceptionibus tantum. Quas exceptiones uel alteras ipsaru possit opponere stando semp in Palatio, et eas probare infra terminum prędictum. Additur huic Caplo. Quod si quis Forensis confessus fuerit debitum uel rem aliquam in Judicio ad petitionem alicuius in dicta Vniuersitate, uel aliunde, uel contra eum produceretur aliquod Instrum, uel Prothocollu cuiuscuq quantitatis, uel rei, cum ipse Reus cogetur realr et psonaliter pro ipso debito, uel re in Palatio Communis ad uoluntatem Creditoris pro ipsa quantitate, et expensis. Reseruatis tamen ipsi Forensi oibus suis exceptionibus v3 prędictis supra pmissis. Quas, et quamlibet ipsarum possit probare et opponere in dictis terminis tantum, non discedendo de Palatio, nisi daret idoneos fideiussores de Judicio Sixti et iudicatum soluendo. Additum est huic Caplo. Quod in causis inter Foreses et homines de dicta Vniuersitate procedi possit quolibet tempore etiam ferrato ad petitionem cuiuscuq petentis.

## Cap. 3. Qualiter procedatur in Causis, in quibus producitur Libellus.

Petenti in Judicio contra aliquem debitum trium Juliorum, uel ab inde infra cum Juram.to de nouo prestando, credatur, et stetur sine aliqua probatione. Dummodo una et eadem uice, non possit petere nisi istam quantitatem trium Juliorum tantum, uel ab inde infra. Et dummodo de una quantitate, que sibi deberetur, nisi per unum Juram.tu petere non possit et non plus. A tribus uero Julijs supra usq ad decem stetur et credatur Sacram.to petentis cum uno teste, qui non sit familiaris ipsius Actoris, et ei non attineat in primo, uel in secundo gradu. Si uero quantitas fuerit ut supra, dic

Ac-

# Causarum ciuilium.

Actor possit petitionem, seu intentionem suam producere, et probare summariè. Et Vicarius, et
Curia ipsius Communis teneatur facere dare rem petitatam, et probatam summariè ad petitio-
nem Actoris immediate usque in quantitatem quadraginta bononenorum. Et si quantitas petita
fuerit à quadraginta bononenis supra, tunc detur Reo libellus ab Actore si petitus fuerit.
Et detur per Curiam ipsius Vniuersitatis terminus ipsi Reo ad opponendum et excipiendum
contra ipsum libellum quinque dierum, et ad respondendum ipsi libello infra terminum prędictum.
Et Actore comparente in dicto termino, et contumaciam ipsius rei incusante, contra eum procedi possit
tanquam contra contumacem ut supra in Capitulo de ijs, qui contumaces sunt, continetur. Et si Iuramentum fuerit
delatum reo ab Actore ex qualibet quantitate, uel re petita, in decem Iulijs, suscipiat, uel prestet Iuramentum.
uel referat Actori predicto. Et si Reus negauerit rem petitam ipsi Actori cum Iuramento de nouo prestando,
absoluatur à petitione per Vicarium dicti Communis, Ad hoc ut sit licitum Actori per duos idoneos
reprobare testes per Iuramentum de nouo prestandum, et negationem factam per dictum reum.
quæ reprobatio fieri debeat infra quintum diem post negationem factam. Saluo quod si testes essent
absentes à dicta Vniuersitate. qui testes non attineant Actori in primo uel in secundo gradu con-
sanguinitatis, uel affinitatis, qui summariè recipiantur per Iudicem ad Iuramenta, et dicta. Et
si negatio et Iuramentum rei fuerit reprobatum, uel Actoris per ipsos testes, Soluat Communi ille cuius
reprobatum fuerit, duplum quantitatis, quam negauerit, uel indebite iurauerit, et reprobatum fuerit
in Cippo Communis de facto. Et si Reus confiteretur, uel Actor iurauerit et Iuramento à reo
relato, quod uera sint petita, Per eum cogatur ipse Reus, et contra eum procedatur, ut in Capitulo
de Confessis, et executione Instrumentorum continetur. Saluo quod sit licitum reo reprobare Actorem
ut supra. quæ reprobationes fieri debeant infra dictam quintam diem. Et si Reus predictus con-
tra quem libellus esset productus, responderit ipsi libello uel petitioni et legitimas exceptiones non
opposuerit, tunc super ipso libello, seu petitione per partes, fiat litis contestatio et prestetur Iuramentum
Calumniæ, prout fieri debet de Iure recepto Iuramento ab Actore, quod petita per eum, animo Calumnię
non petit. et Iuramento à reo quod credit se iuste defendere, et quod petita per Actorem uera non sunt.
et assignetur terminus ipsis partibus ad probandum quicquid uolunt, et possunt de Iuribus ipsorum
uiginti dierum, et peremptorium: Elapso uero dicto termino Iudex procedat ad sententiam secundum
probationes factas per utramque partem uel condemnatoriam uel et uictum Victori condemnare in
expensis. et sententię ferendę per Iudicem predictum. Et quicquid per eum factum fuerit in predictis ualeat,
etiam si omissę essent solemnitates et substantialitates Iuris.

# Lib: III.

## Cap. 4. Quod Reus non audiatur, nisi refectis Expensis.

Citatus coram Curia dictæ Universitatis ad petitionem alicuius ad respondendum de Jure in aliqua Civili causa in termino ipsius Citationis, si non comparuerit Actore comparente interesse ipsius Citationis, non audiatur, nisi primo ipsas expensas legitimas restituat Actori. Et si Actor non comparuerit in termino Citationis factæ de reo, et ipse Reus comparuerit in ipso termino solvat Reo prædicto citato, si cum licentia Judicis recesserit pro suo interesse unum bononenum idem Actor, alias non audiatur Actor. Volumus autem, quod in qualibet causa, et questione victus victori reficiat expensas, recepto Juramento ab Actore, et Victore de ipsis expensis factis, et facta prius taxatione per Judicem de ipsis expensis

## Cap. 5. Quod testes in civilibus causis recipiant infra decem dies à die contestationis litis

Testes in civilibus causis recipiantur per Curiam Communis dictorum Castri, et Universitatis infra decem dies utiles à die contestationis litis, et Juramento Calumniæ præstito. Et si aliter ultra dictum terminum reciperentur, eorum receptio non valeat ipso Jure, nisi partes vellent de eorum commun. concordia terminum prorogare, aut si steterent per absentiam Vicarij, sive Curiæ, vel propter aliquod iustum impedimentum steterit, vel propter absentiam testis. Volumus etiam, quod si testes fuerint absentes, vel testis fuerit absens, Curia possit ipsum terminum prorogare quousque testis possit commode redire. Dummodo allegans primo iuraret absentiam testis. Et si aliquis testis fuerit citatus duabus vicibus, et diversis diebus pro Civili questione et non venerit coram Curia ad perhibendum testimonium, puniatur in decem bononenos pro quolibet, et qualibet vice et persona. Et Potestas, et Vicarius dicti Communis ad petitionem introducentis possit procedere per accusationem, denunciationem, vel inquisitionem contra ipsos testes; Et nihilominus Curia coget ipsos testes, seu testem ad faciendum ipsum testimonium

## Cap. 6. De salario solvendo in Civilibus Causis.

Salarium in Causis Civilibus solvatur hoc modo videlicet Quod quicumque petierit coram Curia dictæ Universitatis in Judicio aliquam pecuniæ quantitatem contra aliquem

per=

personam, ciuiliter petendo soluat, et soluere debeat in Cippo siue Camerario Communis quinq; numos pro libris scuto, pro quantitate petita. Et si petierit aliquam rem, et non pecuniam, teneatur ipse petens ipsam rem extimare cum Juramento de nouo prestando, quod salarium solui debeat per Actorem tempore contestationis litis, uel Juramenti calumnie, uel tempore facti Precepti In Casu ubi preceptum fieret, uel tempore pronunciationis tenute, anteq; secedat de Palatio. Et si dictum salarium non fuerit solutum modo, quo supra Sententia, Preceptum, litis contestatio, Juramentum Calumnie, Pronunciatio tenute; et quicquid inde sequitur, non ualeat ullo modo.

## Cap. 7. Quod Scripture inuente in Infilzis, ualeant.

Petitio, seu alia Scriptura reperta in infilzis, quae producta appareret manu Judicis, seu officialis, coràm quo producta fuisset, ualeat, et teneat, non obstantibus, quòd ipsa petitio, seu Scriptura non esset posita in dicto Quaterno, et non esset publicata manu ipsius Judicis et Officialis eiusdem, habeatur plena fides. Et ipsa Petitio, seu ipse petitiones, et Scripture pro publicis, et authenticis habeantur. Et predicta locum habeant in preteritis presentibus, et futuris.

## Cap. 8. De questionibus inter Coniunctos, et Conuicinos compromittendis

Si lis, questio, seu scretium esset inter aliquos de dicta Vniuersitate, et eius districtu coniunctos usq; in tertium gradum consanguinitatis, uel affinitatis inclusiue quacumq; occasione, modo Jure, uel causa. Potestas, et Vicarius dicti Communis possit ipsos tales coniunctos discordes cogere et constringere realiter et personaliter ad petitionem cuiuscumq; ipsorum petentium infra uiginti dies à die porrecte petitionis coram ipsa Curia, in qua fuerit petitum, et per poene impositionem; uel ipsam litem questionem, seu scretium, compromittant in aliquos coniunctos consanguineos communes de Jure, et de facto, ita quòd de ipso compromisso fiat publica scriptura cum poene appositione; Et quicquid per ipsos arbitros seu Arbitratores, fuerit laudatum sententiatum, preceptum et dictum, dicte partes debeant obseruare, et adimplere poena uiginti quinq; Juliorum; Si tamen questio ascenderet summam uiginti quinq; Juliorum, Si uero à uiginti quinq; Julijs infra poena decem Juliorum. Et si lis, uel questio esset inter aliquos de dicta Vniuersitate, uel eius dis-

trictu

# Liber III.

trictu habitantes per maiorem partem anni in dicta Universitate, vel eius districtu qui sint convicini, quod ea causa compromittatur modo quo supra in convicinos ipsorum dictae Universitatis vel eius districtus in dictum terminum viginti dierum, et si de ipsorum convicinis non concordarent, tunc Iudex Vicarius, et Consiliarii dicti possint, et debeant eligere duos homines de dicta Universitate, qui ipsam causam definiant summarie de iure et de facto. Et quod per eos sententiatum, et factum fuerit, valeat et teneat poena unius aurei de facto per Iudicem auferenda qui contra fecerit pro quolibet, et qualibet vice. Et nihilominus ad poenam contentam in compromisso una pars alteri teneatur ipsam litem, quaestionem seu compromissum per comunem sententiam definire, et sententiare infra alios viginti dies a die facti compromissi in eos, nisi de voluntate partium eisdem arbitris et Arbitratoribus terminus prorogaretur sub poena, et ad poenam unius aurei pro quolibet et qualibet vice. Et nihilominus Arbitri, et Arbitratores cogantur ad dictum laudum, et sententiam ferendam super ipsa lite, seu rixa, seu quaestione in eos compromissa.

Cap: 9. Quod non habens domum in dicta Universitate possit, et debeat citari in Platea.

Quicumque de Universitate Alliani, eiusque districtu, vel aliunde non habens in dicta Universitate vel eius districtu aliquam domum propriam, vel conductam, in qua per maiorem partem anni cum familia habitaverit, possit, et debeat citari in civilibus, et criminalibus causis per baiulum Communis in Platea ipsius Communis publica, et alta voce, praesentibus duobus testibus. Et secunda Citatio habeatur pro peremptoria. Et contra tales sic citatos procedatur tamquam contra contumaces prout in Capitulis civilibus, et criminalibus continetur.

Cap: X. De Sapiente petito, et qualiter.

Item Statuimus, et ordinamus, quod cuilibet liceat petere sapientem coram Curia dicti Domini poni, et eligi in quolibet casu gravaminis Civilis, vel Criminalis causae. Et Potestas, vel Vicarius teneatur, et debeat ponere Sapientem ad petitionem cuiuslibet petentis, datis confidatis, et deposito salario Camerario dicti Communis ab ipso petente, si fuerit quaestio cum Commune; Et si fuerit inter speciales personas, teneantur ipsae speciales personae dare confidatos, et suspectos Iudices et deponere salarium pro Sapiente, et Nunciis euntibus ad Sapientem, et Consilium datum per Sapientem (...) dictus Nuncius reportet clausum, et sigillatum sigillo dicti Sapientis. Et quod con-

consulendo dixerit dictus Sapiens de Iure super predictis, valeat, et teneat pleno Iure auctoritate presentis Statuti; et per partes predictas inviolabiliter observetur, exceptis à predictis Collectis et oneribus per dictum Commune impositis, et imponendis. In quib. nolumus presens Capitulum sibi locum vendicare. Et etiam Potestatem, vel Vicarium teneri ad dandum, vel ponendum Sapientem.

## Cap. XI. Quod nulla mulier dotata posset succedere ab Intestato.

Nulla mulier dotata à patre, matre, avo, vel quibuscumque aliis ascendentibus possit succedere ab intestato in bonis alicuius ascendentis dotantis, vel non dotantis superstite masculo in pari gradu, vel qui cum ipsa alias ab intestato ad successionem veniret, et satis sit, ut dicta mulier dotem consequatur ab uno ex supranominatis ad effectum ut ab hereditate omnium supradictorum excludatur; sed debeat contenta sua dote esse, ita quod aliud ulterius habere non possit etiam pretextu supplementi legitime, et quatenus non esset dotata possit à dicto masculo dotari, si aliunde dotem non haberet et si haberet in dotem sibi computetur, et masculus ad aliam dotationem non teneatur, et dotata intelligatur ad dictum effectum etiam quod dotaretur de bonis ipsius mulieris eidem provenientis ex hereditate paterna, materna, vel avita, et nullo superstite masculo, qui pariter ad successionem cum ipsa muliere veniret, talis mulier possit, et debeat ab intestato pleno iure succedere in bonis suorum ascendentium; Et eveniente casu, quod decedat ab intestato aliquis frater, soror, patruus, vel avunculus, vel deinceps supra, et infra sine aliquibus descendentibus, tunc, et eo casu sic ab intestato decedenti succedat, et succedere debeat masculus in pari gradu, vel qui alias cum ipsa muliere ad successionem vocaretur, exclusa penitus ipsa muliere dotata, vel non dotata, et non existente masculo ut supra, possit, et debeat libere succedere una vel plures mulieres superstites que alias de iure ad talem successionem vocaretur, seu vocarentur; Et predicta locum habeant in preteritis et presentibus, non decisis et futuris.

# Lib: III.

## Cap: 12. Qui homines, et quot teneantur interesse Arenchis, et Adunantijs.

Item Statuimus, et ordinamus. Quod in omnibus Arenchis Generalibus teneantur interesse omnes homines Vniuersitatis, et in eius territorio tunc temporis existentes, Vnus scilicet tantum pro loco, sub poena unius floreni. In Adunantijs vero sub poena unius Julij. Et quod in Arenchis Generalibus intersint saltem, et adminus decem homines cum Massarijs, vel Syndicis inclusiue. In Adunantijs vero octo similiter inclusis Massarijs, seu Syndicis. Alias Arenche omnes et Adunantie nulle sint ac nullius roboris, vel valoris existant.

## Cap: 13. Quomodo Termini finium quolibet anno sint explorandi.

Item Statuimus, et decernimus, quod die immediate sequenti post Arencham Generalem, quæ fiet mense Augusti quolibet anno Massarij seu Syndici veteres et recentiores, necnon Viales nouiter creati teneantur ire ad fines territorij, et in eis explorare, et animaduertere omnes terminos confinium territorij Vniuersitatis. Alias incurrant poenam unius floren. pro quolibet, et vice qualibet.

Cap: 14. Coloni aduenę quomodo possint, et non possint retinere bestias cedere ligna; et de poenis.

Item statuimus, et uolumus quod omnes, et singuli coloni siue Aratores aduenę qui arabunt terras in territorio Castri Allian. nequeant retinere, pascere nec pasc. facere in dicto territorio ullum bestiarum genus preter domitas, nisi eas ab hominibus Allianensibus in societatem habuerint. Et ut possint pascere dictas bestias, ac ligna in eodem territorio cedere, quilibet soluat unum florenum de pauls quolibet anno. Preterea teneantur assignare dictas bestias in Palatio, et soluere pro ijs perinde ac assignant, et soluunt homines Allianenses. Si quis uero inobediens fuerit, poenam unius aurei incurrat pro qualibet bestia maiori et unius florenini qualibet minori, et uice qualibet possitq. a quolibet accusari in Curia, habito tamē uno teste tantum.

# DAMNOR. DATOR. LIB. IIII.

## Cap. I. De bestijs Damnum dantib. in poss. seminata.

Statuimus, et decernimus. Quod si quis damnum dederit cum bestijs maioribus in pos-
sessione aliena seminata quocumq. genere frugum, et leguminum atq. frumentorum à K.lis Septē-
bris per totum mensem Martij, soluat dominus dictarum bestiarum bononenū unum pro quali-
bet bestia, et uice qualibet. Si uero hmōi bestiæ ascenderint ad denarium numerum, et supra usq.
ad quecumq. numerum, soluat dictus dominus bononenos decem pro tali numero bestiar. maior.
A K.lis autem mensis Aprilis per totum mensem Augusti soluat duplicem poenam, et infra
dictum denarium numerum et supra secundum formam p̄fatam. Sed bestiç porcine, et
capriniæ semper habeantur pro bestijs maioribus. Et si damnum dederit cum bestijs pecudinis
uel ouinis in supradictis possessionibus, soluat dominus dictarum bestiarū usq. ad decem bes-
tias exclusiue ut supra dimidiū bononen. pro qualibet bestia minori, et uice qualibet contin-
genti. A denario uero numero inclusiue usq. ad quemcumq. numerum soluat dictus dominus
bononenos quinq. pro qualibet uice. Sed à K.lis Aprilis, et per totum mensem Augusti poe-
na duplicetur.

## Cap. 2. De bestijs damnum dantibus arborib. fructiferis, siluis, et possessionibus bannitis personarum particularium

Item statuimus, et decernimus. Quod si quis damnum dederit ad nuces, mala, pira, persica, cas-
taneas, glandes, et alias arbores fructiferas ijs similes cum bestijs maioribus ut supra incidat
in poenam unius bononeni pro qualibet bestia maiori, et uice qualibet, si dictç arbores stete-
rint in possessionibus laboratiuis, uel pratiuis, et fuerit à K.lis mensis Septembris usq. et per
totum mensem Octobris. Si uero damnum dederit quis cum bestijs ouinis dictis arboribus existen-
tibus ut supra, et in dicto tempore, soluat dominus earum tres nūmos pro qualibet bestia pecudina,
et uice qualibet. Et similiter si dictç bestiç maiores uel ouinç damnum dederint in pratis, siluis,
et alijs possessionibus particulariū bannitis in supradicto tempore respectiue, incidant in
dictam poenam. Sed ultra, et supra numerum denariū inclusiue tam bestiar. maiorū q̄m mi-
norum ordinem, et formam proximi, et superioris capli seruari uolumus.

De

## Cap. 3. De bestijs damnum dantibus in Vineis, et Pergulis.

Item statuimus, et ordinamus, quod si bestie maiores alicuius damnum dederint in vineis vel Pergulis à K[a]l[endi]s Martij usq. et per totum mensem octobris, et deinde usq. ad IIII. Idus Novembris tunc sequen[tis] incidant in poenam duorum bononenorum pro qualibet bestia maiori, et qualibet vice. Sed oves damnu[m] dantes ut supra incidant in poenam medij bononen[i] sed in vineis tantum. In alijs vero temporibus anni dicte bestie incidant in medietatem dictarum poenarum, Sed ultra denarium numerum quarumcumq. bestiarum servet idem ordo et forma predictorum Capitulorum.

## Cap. 4. De damnum dantibus personaliter, vel cum bestijs in Orto, Croco, vel Canepa.

Item statuimus, et volumus, quod si quis damnum dederit personaliter, vel quocunq. genere bestiarum in Canepina, dum steterit canepa, aut in canepa, orto, vel Croco quocunq. tempore anni, incidat in poenam quinq. bononenorum pro qualibet, et qualibet bestia, et vice qualibet.

## Cap. 5. De bestijs damnum dantibus in pratis

Item statuimus, et decernimus quod quicumq. damnum dederit cum aliquo genere bestiarum maiorum in pratis alienis à K[a]l[endi]s mensis Martij usq. ad IIII. Idus Julij incidat in poenam unius bononen. pro qualibet bestia maiori, et pro qualibet bestia minori in poenam dimidij usq. ad denarium numerum tam maiorum q. minorum. In superioribus v[er]o numeris servet ordo idem et forma predictorum Statutorum

## Cap. 6. De bestijs damnum dantibus metis, vel manipulis.

Item statuimus, et ordinamus quod quicumq. damnum dederit cum aliquo genere bestiarum exceptis pecudibus ad metam, et manipulos incidat in poenam duorum bononenorum pro qualibet bestia et vice qualibet contingenti.

# Lib: IIII.

## Cap. 7. De damnu dantibus personaliter in aliquo genere leguminum.

Item Statuimus, et ordinamus. quod si quis personaliter colligerit aliquod genus leguminum, uel aliter damnum dederit incidat in poenam trium bononenorum pro quolibet, et qualibet uice.

## Cap. 8. De damnu dantibus personaliter in Vineis Pergulis, et de portantibus a tribus racemis supra, et de uindemijs

Item statuimus, et decernimus. Quod si quis personaliter damnum dederit in Vineis Pergulis uel ordinibus quibuscumque, dum in eis fuerint uue, incidat in poenam sex bononenorum pro quolibet, et uice qualibet. De portantibus uero racemos, ac de uindemijs Massarij, uel Sindici simul cum Vicario possint disponere et constituere, prout eis uidebit, et placebit

## Cap. 9. De damnum dantibus personaliter arboribus fructiferis.

Item statuimus, et ordinamus. Quod si quis personaliter damnum dederit legendo, recolligendo, uel pulsando, et percutiendo ac percellendo in possessione aliena mala, pira, persica, nuces, castaneas, glandes, uel alios similes fructus a Kalendis mensis Augusti usque et per totum mensem Octobris soluat uice qualibet tres bononenos

## Cap. 10. De incidentibus in siluis reseruatis Commun.

Item Statuimus et ordinamus quod nulla persona a quatuordecim annis supra possit, nec debeat aliquo quesito colore incidere neque deguastare aliquam siluam et siluas, reseruatam, et reseruatas Communi Vniuersitatis Alliani existentem et existentes quocumque in loco sine licentia dictae Communitatis uel Consilij sub poena duorum aureorum auri in auro pro quolibet et uice qualibet et pro qualibet dictarum siluarum.

## Caput. 11. De forensibus damnum dantibus in territorio dicti Castri.

Item Statuimus, et ordinamus, quod si aliquis forensis inuentus fuerit dare damnum personaliter, uel cum bestijs infra, et intus in confinibus dicti C. Alliani in dictis temporibus, modis, locis, et fructibus ut supra in omnibus Capitulis damnorum datorum presentis libri singula singulis congrue referendo incidat in poenam unius Iulij, pro quolibet, qualibet uice, qualibet bestia, et quolibet loco. Et plus et

et minus prout teneret homo dicti castri vigore talis, uel similis damni dati in illo loco, Unde esset talis forensis secundum Statuta loci dicti forensis. Item quod si quis forensis inventus fuerit facere, et incidere ligna, uel palos, uel fodere plantas, uel aliud simile damnum in territorio dicti Castri sine licentia Massanorum eiusdem Castri incidat in poenam unius aurei, pro qualibet et qualibet uice.

Cap. 12. Quod poenae in commissis damnis de nocte duplicentur

Item statuimus, et ordinamus, quod in omnibus et singulis supradictis, et infrascriptis Capitulis damnorum datorum singula singulis congrue referendo Poenae omnes in commissis damnis datis de nocte in omnibus, et per omnia duplicentur

Cap. 13. Quomodo nulli liceat retinere ultra tres porcos.

Item statuimus, et ordinamus quod nulla persona dicti Castri Alliani possit, uel debeat retinere ultra tres bestias porcinas in aliqua possessione laboratiua ad poenam duorum Carolenorum pro qualibet bestia porcina ultra dictas tres et qualibet uice. Liceat tamen unicuique forensium impune retinere et pascere quot et quantas bestias porcinas habuerit, et uoluerit in dicto Castro, aut stabulis, aut in terris, et locis incultis. Excepto quod si a Kalendis septembris per totum diem octavum Nouembris quis inventus fuerit retinere pascere in dictis terris incultis damna dare, ad glandes particularium soluat etiam poenam duorum Carolenorum pro qualibet porcina bestia ultra dictum trinum numerum, et qualibet vice.

# EXTRAORDINARIORUM LIBER V.

## Cap. 1. De modo imponendi Collectas.

Vt in collectis imponendis iustus obseruetur ordo. Statuimus, et decernimus, quòd Collectæ in futurum imponendæ, imponantur, et exigantur hoc modo v3 Quòd Massarij, et Sindici, qui pro tempore fuerint pro necessitatibus occurrentibus, et datiis dicti Communis, ac omnib3 et quibuscunq impositionib3, et responsionibus Cameralibus, imponant de tribus partibus soluendis, duas partes libræ terrarum, reliquam uero partem foculari, et capiti pro equali portione soluendam. Si quis autem negligens fuerit ultra tempus præfinitum in soluendo prædicta, seruatis seruandis incurrat poenam quartæ partis ultra sortem principalem soluendam. quæ poena pro equali portione Vicario, et Camerario applicetur.

## Cap. 2. De custodijs faciendis.

Item Statuimus et ordinamus, quod quandocunq et quotiescunq in dicto castro custodias, aut excubias fieri contigerit, uel bannitum, aut iussum fuerit. Non faciens eam, uel eas, soluat poenam trium bononenorum.

## Cap. 3. De Personis, uel bestijs transeuntibus per possessionem seminatam.

Item Statuimus, et decernimus, quod si quis personaliter, uel cum bestijs per uiam maliciosam transierit per possessionem alienam bannitam, seu aliquo genere frugum, seminis, uel leguminis, incidat in poenam trium bononenorum pro qualibet persona, et qualibet bestia, et uice qualibet seminatam.

## Cap. 4. De habentibus possessiones iuxta Vias.

Item Statuimus, et ordinamus, quod qui habent possessionem iuxta uiam Communis, debeant ire, redire, et transire ad dictam possessionem per ipsam uiam, et non aliunde sub poena triu solidorum. Sed alijs possessionibus non confinantibus cum uia Communis detur uia, aditus, et recessus per breuiora, et minus damnosa loca uicinorum

# Extraordinariorũ

## Cap. 5. De uolentibus plantare iuxta confines possessionis.

Item Statuimus, et uolumus, quod si quis uoluerit plantare, uel ponere in sua possessione uersus, et prope uicinum, et consortem, plantare, uel ponere non possit, nisi fuerit intus in sua possessione per duos pedes perticę a confinibus sub poena decem bononenorum, et teneatur tamẽ plantam, uel arborem remouere si fuerit proximior uicino, q̃ per duos duos pedes, Nisi forte esset in confinibus murus uel sepis, In quo casu non teneatur ad poenam.

## Cap. 6. De arboribus pendentibus supra possessionẽ alterius.

Item Statuimus et decernimus quod arbores existentes in confinibus possessionũ, et pendentes supra possessionem uicini, nisi sint per decem pedes perticę retineri non possint, sub poena decem bononenorũ. Et rami, qui penderent in et supra possessionẽ Consortis a dicta mesura infra, possint, et debeant amoueri, et incidi, tamen ad dictam poenam procedi non possit nisi ad querelam et petitionem Vicini patientis, et non aliter, nec alio modo.

## Cap. 7. De extraentibus terminos de possessione.

Item statuimus, et ordinamus. Quod si quis extraxerit, uel amouerit aliquem terminum in et de aliqua possess.° uel loco, incidat in poenam unius floreni pro quolibet termino.

## Cap. 8. De proijcientibus turpitudinem de fenestra.

Item Statuimus et ordinamus, quod nulla persona possit, nec debeat proijcere aliquam turpitudinem de aliqua fenestra, uel ostio contra, et aduersus aliquam personam sub poena uiginti bononenorum pro qualibet, et qualibet uice. Et si persona uersus quam proiecta est turpido reuocauerit, uel assumpserit ad se, et ad iniuriam, Persona proijciens incidat in poenam unius floreni. Et si aliqua turpitudo fuerit proiecta in aliquem locum alicuius particularis persone talis proijciens incidat in poenam decem bononenorum pro qualibet et qualibet Vice.

## Cap. 9. De sulco non mittendo per possessionem.

Item Statuimus, et ordinamus, quod nullus possit mittere sulcum insolitum per possessionem suam in preiudicium Vicini, Et si ad petitionem uicini non remouerit incidat in poenam sex Juliorum pro quolibet sulco misso, et insolito.

De

# Lib: V.

## Cap: 10. De occupantibus vias Communis.

Item statuimus, et volumus. Quod si quis occupaverit, impedierit, vel aliter dequastaverit
vias Communis, et non remiserit, et reaptaverit infra terminum, vel preceptum ipsi factum
per Curiam, aut Vicarium, solvat poenam decem bononenorum; et tamen teneatur reaptare,
et remittere dictam viam in pristinum statum.

## Cap: 11. De capientibus columbos.

Item decernimus, et statuimus. Quod nullus possit capere aliquem colubum de colubario in
aliquo loco cum aliquo genere retium, seu laqueorum poena duorum carolenorum pro quolibet
columbo, seu columba capeis, et qualibet vice. Sed si quis occiderit, vel cogerit quoquomo
do aliquem columbum quocumque instrum(ento) iuxta, et prope quemcumque columbarium a decen
tum pedes perticae, incidat in poenam unius floreni pro qlibet columbo, et vice, ut supra.

## Cap: 12. De stercorantibus proprio corpore prope ostia, fontes, clibanos, in viis publicis, porticibus, viculis, angulis domor(um), et viarum.

Item statuimus, et volumus. Quod quecumque persona de dicto Castro deprehendet proprio
corpore stercorare tam intra castrum, quam extra prope portas ipsius castri, et ostia domor(um),
cellariorum, et quarumcumque habitationum per decem pedes perticae procul, et in plateis,
porticibus, angulis, viculis, et viis tam publicis, quam privatis dicti Allian., et sui territorij,
exceptis tamen locis remotis, et abditis. Item prohibetur etiam prope fontes, et clibanos per
eosdem decem pedes perticae, incidat in poenam duor(um) iuliorum pro qualibet persona, et
vice. Et quod quecumque persona, tam publica, quam privata, et specialiter dominus quorumcumque
locorum predictorum, et alior(um) ut supra, possint Curiae denunciare delinquentem, et ac-
cusare medio iuram(ent)o. Quod si Vicarius vel Potestas deprehenderint, stet simplici as-
sertioni ipsorum. Qui Vicarius, et Potestas teneantur cogere delinquentem ad solven-
dam poenam, alias ipsi de suo Curiae teneantur.

## Cap: 13. De amoventibus, surripientibus, et frangentib(us) lapides ex moenijs et muris ipsius Castri, fontium, et clibanorum.

Item statuimus et decernimus. Quod quecumque persona deprehendet amovere, auferre, surri-
pere, et frangere lapides ex moenijs ipsius Castri, muris fontium, et clibanorum, solvat tres

ag

aureos pro qualibet uice et persona, et lapide; Et quod quecunq persona possit accusare Curie huiusmodi delinquentes medio iuram.to et Curia teneatur credere. Et quod accusator lucretur quartam partem poenę. Vicarius autem, et Potestas teneantur cogere ad pœna huiusmodi delinquentes, alias ipsi de suo proprio teneantur. Si uero ipsi deprehenderint, stetur simplic. attestation. ipsorum.

Cap: XIIII. De pœna incidentium arbores personar. particularium.

Item statuimus, et ordinamus. Quod quecunq persona inciderit arbores personar. particularium tam fructiferas quam non fructiferas in earum personarum siluis, et possessionibus, et terris existentes, incidat in poenam duorum aureorum auri in auro pro qualibet persona, et uice qualibet. Et nihilominus teneatur ad compensandum damnum, et interesse illatum propter incisionem dictar. arborum domino ipsarum arbitrio Iudicis, uel boni uiri comuniter eligendi.

Cap: XV. De occupantibus bona Communis.

Item statuimus, et uolumus. Quod si quis illicite occupauerit quecunq bona Communis dicti Castri; Si de tali illicita occupatione fuerit ab aliqua persona in Curia predicti Castri accusatus, uel denunciatus, teneatur, et cogatur soluere poenam decem florenorum pro qualibet uice; Et nihilominus teneatur ad restitutionem dictorum bonorum ipsi Communi.


Cap. XVI. Quod collectę imponendę debeant applicari s.m titulu illis impositu

Item statuimus, et ordinamus. Quod quecunq Collectę, et impositiones imponendę ab Vniuersitate, Arenga, siue Consilio pro quacunq necessitate et uoluntate ipsorum, exigantur, et applicentur semper, et omni tempore secundum titulum, et annotationem ipsi necessitat. et uoluntat. predictę ab eisdem Vniuersitate, Arenga, siue Consilio impositam, nec in alios usus possit ullo modo conuerti et adhiberi. Quod si quis absq licentia dictorum Arengę siue Consilij aliter facere presumpserit, incidat in poenam decem scutorum aureorum.

In dei nomine Amen. Anno dni Millessimo quingentesimo [illegible]gesimo
octavo Ind. [illegible] eadem tempore pontificatus sanctissimi in Christo pris d. n. d.
Clementis divina providentia pp. octavi die vero decima tertia
mensis [illegible] dicti Anni &c.

Congregatis publice generali arenga comunis et hominum Castri [illegible] in [illegible]
bandiis et precontiis [illegible] publici [illegible] [illegible] loca solita et consueta dicti Castri
de [illegible] mandato [illegible] et [illegible] [illegible] generali arenga [illegible] [illegible]
nomine [illegible] fuerunt. In primis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Matthaeus [illegible] [illegible] Benedictus [illegible]
[illegible] [illegible] Leonardus [illegible] Joannes [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Bartholomeus [illegible]
[illegible] in quibus constat [illegible] [illegible] dicta arenga comparuit d. Joannes [illegible]
[illegible] de dicto Castro tam [illegible] [illegible] d. Bernardini [illegible] [illegible] [illegible]
et deputati [illegible] a generali arenga ad attendendum [illegible] et [illegible]
[illegible] dicti Castri [illegible] dicta arenga et auctoritate [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et presentavit [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] arenga et concedendo et
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] auctoritate [illegible] [illegible]
[illegible] auctoritate predicta [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] arenga [illegible] et [illegible] [illegible] arenga [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] Capalis [illegible] [illegible] ut [illegible]

[illegible] latum in omnibus suis partibus de novo generaliter [illegible] sit totum
bene gestum correctum emendatum et reformatum approbaverunt et con-
locaverunt omnes suas partes ad [illegible] et [illegible] et re-
posuit in libris del pr. palatii [illegible] et de aliis libris ad
quae approbavit et reformavit Sr. d. Franciscus [illegible] Reclus de
m[illegible] Hermandus Baeli q. [illegible] subscripti Matthaei d. Ci.
[illegible] [illegible] et singulis [illegible] Josephi [illegible] de Ci.
[illegible] publ. not. et Canc. d. Ci. de premissis rog.
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]

Sig.m  Mei Josephi Celij not.rij subscripti

Priores Populi
Civitatis Spoleti.

Praeinserta statuta Castri Agliani coram nobis exhibita ex tempus tamen ex gratia Ill.mi Consilij sub die nona presentis mensis et confirmari petita dummodo cum S.ctae libertati et iura Civitatis Spoleti nec non cum Bulla S.mi D. N. super bono regimine ac Sancto officio non tendant aliter quam fungimur approbamus, et quatenus opus denuo observari mandamus. Dat. Spoleti ex populari Pal.o die ultimo 9bris 1598.

Franciscus Cavalerius Canc.

Priores Populi
Civitatis Spoleti.

Praeinserta statuta Castri nostri Agliani coram nobis exhibita et confirmari petita licet ex tempus tamen ex gratia ab Ill.mo Consilio obtenta sub die 19. presentis mensis dummodo cum S.ctae libertati iuraque Comm.unis Spoleti non tendat aliter quam fungimus confirmamus et observari mandamus durante presentatione tamen semper salvo et nobis reservato. Dat. Spoleti ex populari Pal.o 25 9bris 1598.

Franciscus Cavalerius Canc.

38v

Die 21 Aug.ti 1600

Convoc.ta et congr.ta [illegible] universitate et hominibus [illegible] [illegible] congregatis et coadunatis in [illegible] D. C. [illegible] [illegible] ut moris est et in [illegible] [illegible] in [illegible] diversis dieb. ad sonum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] d. arenga interfuerunt infrascripti [illegible] Jo: Hieronimus Dantis Massarius [illegible] [illegible] Gaspar Simonis Bolidarij [illegible] Laurentius [illegible] Jacobus Bartholomei Medarus [illegible] Joannes Herculis Jo. Batta [illegible] [illegible] Philippus [illegible] [illegible] Dorij Nicolaus [illegible] Antonius [illegible] Cesar Celij Baldassar Jo: Antonij Matthias [illegible] Gratianus [illegible] Petrus Cornelij [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aliis qui [illegible] fuerunt ad [illegible]

In primis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] d. [illegible]

che non se possa tenere ~~[illegible]~~ pecore Jo. Batta Dorij surgens et accepta arrenga [illegible] [illegible] disse [illegible] [illegible] dice che non se possa tenere pecore fuora della stalla dal p.o di magg.o per insino alli sette de ottobre da [illegible] cioè maggio che [illegible] sotto pena d'uno scudo per pecora et per ciascheduna volta che ce saranno trovati d'applicarse d.a pena al off.le quale il possa accusare et [illegible] [illegible] [illegible] se debbia far confirmare dalli superiori et metterla [illegible] [illegible] sotto pena al massaro che sarà negligente d'uno scudo applicato alla cam.ra [illegible]

Gaspar Simonis surgens et accepto arrengo [illegible] [illegible] [illegible]


mariæ supradictum constitutis recolligens [illegible] supradictum Cellerarium in illis [illegible]
solemni partito fuit [illegible] et obtentus cum lapillis 18 [illegible] albis
tibus duobus in contrarium.

[illegible] surgens et accepta licentia [illegible] dixit
et votavit [illegible] dico che tutti quelli che non hab-
biano in questo [illegible] parte [illegible] delli [illegible] presenti non pa-
ghino et non facino tutte [illegible] che facemo noi altri non
possa godere nessuna sorte de beni communali [illegible]
più de [illegible] et la [illegible] cedella con-
firmare et mettere al nostro statuto

[illegible] et accepta licentia [illegible]
[illegible] supradictum [illegible] in illis [illegible] solemni parte
fuit obtentus cum lapillis 18 [illegible] duobus [illegible]
[illegible] nigris in contrarium

Et ego Clericus Iosephus Celius [illegible] notarius publicus
[illegible] et [illegible] Cancellarius [illegible] Hieronimi
[illegible] Massarij [illegible]
[illegible] sub [illegible] Ioannis [illegible] fideliter
extraxi et [illegible]
[illegible] et [illegible] subscripsi et [illegible]
[illegible] et [illegible]

Signum mei Iosephi Celij notarij supradicti



Retroscriptas reformationes confirmandas esse censeo facta applicatione penar[um] iuxta solitu[m]. Ego Christophorus Rosarius Advocatus

Priores Populi
Civitatis Spoleti etc.

Preinserta statuta, et reformationes supradictas coram nobis exhibitas et confirmari petitas, ex voto supradicti D. Advocati Civitatis, dummodo contra Eccl.cam libertatem, et iura Co[mmun]is Spoleti non tendant, auctoritate qua in hac parte fungimur approbamus et observari mandamus, annua presentatione semper salva, In quorum fidem. Dat. Spoleti ex n[ost]ro populari palatio die 27. Octobris 1600.

Lauretus Leoncinus not.s V. Canc.rius

Priores populi
Civitatis Spoleti

Supradicta statuta coram nobis exhibita, et confirmari petita, dummodo contra Eccl.cam libertatem, et iura Cois Spoleti non tendant, auctoritate qua fungimur, approbamus, et observari mand. annua presentatione semper salva. In quorum Dat. Spoleti in n[ost]ro pal.o pop.ri die 27. octobris 1601

Priores populi Civitatis Spoleti — Evander Silius Canc.

Statuta supras.ta coram nobis presentata, et confirmari petita, dummodo contra libertatem eccl.cam et iura Cois Spoleti non tendant, annua presentatione semper salva confirmamus et approbamus, et observari mand. In quorum dat. Spoleti in pal.o pop.ri n[ost]ro die 28. octobris 1602

Evander Silius Canc.

In Dei Nomine Amen Anno ab eiusdem Dni nri Jesu Christi salutifera nativitate
Millesimo Seccentesimo secundo Inditione decimaquinta Die vero qua[r]
mensis 7bris Tempore pontificatus Sanctissimi in Christo patris, et D. N. D.
Clementis divina providentia Papa VIII anno eius decimo

Publica atque generali Arenga sive Consilio Universitatis, et hominum Castri
Asciani Ordine Albugori solito distinctis in unitos, et sufficienti
numero congregati, et coadunati octo dies ante praecedentes varias ban-
dimenta bandita, et praeconizata per loca solita, et consueta d. Castri
per me, et per Jacobum Nicolai qui bannum, et iuratum nuncium
eiusdem Castri de consensu, et stabili commissarii Nicolai q. Durantis
Mattani eiusdem Castri pro nunc Vice. Sen. Camerarii, et ego
Mandricardus Potentius de Castro Campelli eiusdem distinctus gubernii
Asciani ante Nobilium, et nunc Vice. Sen Camerarii eiusdem Castri Asciani
de commissione praefati Mattani in ea Camera praesentis mea propria
manu scripsi redacti, et ordinari in qua quidem Arenga sive
Consilio generalis interfuerunt omnes, et singuli infrascripti homines d. Castri
Nicolaus q. Durantis Mattani, Antonius q. Pilluti Ho-
ratius q. Potentii Zuccanus q. Dominici Ratianus q. Cecchi Jo-
baptista q. Donii Paldonus q. Thome Mattius q. Cipriani Gior-
gius q. Dominici Blasius q. Cipriani Cesar q. Celii Brinttus
q. Dominici Martinus q. Joanbini Petrus q. Caroli Felippus
Salvi Agnelus q. Marentii omnes de d. Castro Asciani in unum
congregati, et coadunati in Palatio publico eiusdem Castri in quo pro
rebus, et negotiis Communitatis agendis, et tractandis coadunari solent, et nunc
ad effectum infrascriptum pro quibus petitum fuit Consilium eorum de Communi
ommissis non nullis aliis rebus de quibus non faciunt tenentur

41r

reformatio ... ritenere bestie

Landens mr Batazaris q. Ciccii unus ex d.is hominibus in d.a Arenga existens surgens dicebat capere de more Consilium implorato prius suffragio accepto juramento [illegible] et [illegible] dicit, et con[illegible] [illegible] dies, et anultato che gl'Eccellenze tutte quelle persone tanto terrazane quanto forestieri che Lavorando terre rando, et adducendo bestiami di qual sorte nel d.o Castello di Agliani, et suo territorio da due bestij da soma in poi siano tenuti, et obligati in termine di tre giorni dopo che l'haveranno menate, et dotte nel d.o territorio haverle assignate, et date in nota al Vic.rio et Cam.o d'd.o Castello sotto pene d'un fiorino per ciascheduna bestia, et ciascheduna volta laqual pena se habbia da applicare come l'altre pene statutarie etc.

Mattius q. Ciprianus ex alijs hominibus in d.a Arenga existens surgens et consulendo confirmavit prefatum consilium redditum per supradictum Batiam consultatorem etc.

Misso igitur solemni partito prefati consilii ex ordine prefati Mattei ad bussulas, et pallas prout moris est factum prius per me Vic.o premissa monitione quod cui sibi videtur prefatum consilium redditum per supradictum Batiam consultatorem mittat, et reddat eius pallam in bussolo rubeo del sì in favore cui non mittat, et reddat eius pallam in Cappelletto del no in contrarium datis, et recollectis pallis p[er] bailiu, et p[er] me Vic.um diligenter numeratis reperte sunt in bussolo rubeo del sì in favore pallas num.o tredecim in contrarium non obstantes pallas num.o duas [illegible] pallas undecim victum obtentum, et decretatum fuit omni modo melius etc.

Actum ubi supra presentibus supra testibus etc.

Et quia ego Marcus Antonius Pasutius de Castro Campelli civis Spol.
districtus publicus Apostolica auctoritate notarius, [illegible] ordinarius [illegible]
et coram me Cancellarius et Iudex Ordinarius eiusdem Civitatis Spoletani de
praedictis rogatus fui eaque scribere scripsi, et in hanc publicam formam
redegi, et in fidem praemissorum me scripsi et subscripsi signumque meum
solito, et consueto hic infra apposito publicum rogatus, et requisitus



Signum mei Marci Antonii Pasutii notarii [illegible]

Supradictam reformationem confirmandam esse censeo ego [illegible]
[illegible] Commissarius Spoleti, dummodo fiat approbatio [illegible]
[illegible] solita.

Priores Populi
Civitatis } Spoleti

Supradictam reformationem coram nobis exhibitam confirmamus petitam confirmamus
modo citra [illegible] libertatem et iura nostra Communis [illegible] et iuxta
formam suprascriptam [illegible] Advocati confirmamus et approbamus
[illegible] auctoritate nostra ordinaria et quatenus [illegible] confirmamus eam
inviolabiliter observari mandamus omnibus [illegible] in quorum fidem

42v

Coll. Spoleti ex nro Populari palatio sub die 21 Aprilis 1603
Angelus Leonius Cancellarius

IN Nomine Dni. Amen. Anno a Nativitate Dni Nri Jesu Xpi millesimo sexcentesimo tertio. Ind.ne prima. die vero vigesima sexta mensis octobris. Pontificatus S.mi in Xpo Patris et D.N.D. Clementis divina providentia Papae octavi Anno eius Undecimo.

